GEORGII CALIXTI

S. Theol. D. & in Acad. Juliâ Prof. Prim.
Abbatis Regio-Lothar.

CONSIDERATIO
DOCTRINÆ
PONTIFICIÆ
JUXTA DUCTUM CONCILII
TRIDENTINI
ET
REFORMATÆ
JUXTA DUCTUM CONFESSIONIS
THORUNI BORUSSOR.

ANNO CIↃ IↃ C XLV EXHIBITÆ.

FRIDERICUS ULRICUS G. F. CALIXTUS
S. Theol. D. ejusdemque in Acad. Jul. P. & Ord. Prof.
è MSS. eruit & edidit.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

HELMESTADII,
IN TYPOGRAPHEO CALIXTINO EXCUDIT
JOHAN-GEORG TÆGER.
Proſtabit Francofurti apud
JOHAN. WILH. AMMONEM & WILH. SERLINI.
ANNO CIↃ IↃCLIX.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO

CAROLO LUDOVICO

COMITI PALATINO RHENI

SACRI ROMANI IMPERII ELECTORI
ET ARCHITHESAURARIO

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

SALUTEM ET FELICITATEM.

Sereniſſime & Potentiſſime Princeps, Domine Clementiſſime.

Sedecim cum dimidio & quod excurrit ſunt ſecula, quod per Prophetas promisſus Meſſias humani generis redemptor exhibitus eſt, & in aſſumptâ mortalis hominis carne pro totius mundi peccatis juſtiſſimo Iudici ſatisfecit, divinâ gratiâ extorres Deo reconciliavit, atque ab æternæ mortis reatu vindicavit. Jecit tunc ſanctiſſimus Servator Eccleſiæ cujus ipſe eſſet caput fundamenta

in Oriente, unde deinde per Occidentem, & miſſis Diſcipulis ad prædicandum Evangelium & docendum omnes gentes, per totum hoc univerſum diffuſa eſt. Ipſas verò illas immenſis locorum intervallis disjunctas Eccleſias fidei unitas ita conjunxit, ut è multis particularibus naſceretur una, quam Catholicam ſeu Univerſalem haut immeritò nuncupamus. Hanc Eccleſiæ unitatem & concordiam, theſaurum inæſtimabilem, ultra luſtrum ſartam tectam conſervavit, primorum perque aliquot ſecula ſuccedentium Chriſtianorum pietas. Plures enim quàm mille ſunt anni ex quo à priſcâ integritate & ſanctimoniâ degenerarunt Eccleſiarum Epiſcopi, & efferbuit contentio inter primos orbis Chriſtiani Patriarchas, Romanum videlicet & Conſtantinopolitanum, utroque τὰ πρῶτα ſibi vindicante. Verùm quum ſola ambitio & dominandi cupiditas, cauſſa ſchiſmatis nimis odioſa & indigna videretur, prætextus aliquanto ſpecioſior ab opinionum, inter quas iſta de proceſſione Spiritus ſancti eminebat, diverſitate ſumtus eſt, & Oriens

ab

ab Occidente, Græci à Latinis infauſto ſchiſmate diviſi ſunt. Cui vulneri medendo quum tot ſeculorum non ſuffecerit tractus, hac turbidorum hominum ætate coaliturũ exigua ſpes affulget, præſertim quum non hoc ſolo ſaucia laboret Eccleſia, ſed plura inflixerit generis humani hoſtis, eamq; plus vice ſimplici diſcerpſerit. Quum enim inſatiabilis Pontificis Romani ambitio, principatu Eccleſiaſtico non contenta, ad regna & imperia, Regumque & Imperatorum ſceptra ſibi ſubjicienda ſeſe extenderet, ſanctiſſimamque Chriſti religionem in dominandi inſtrumentum & pecuniæ aucupium converteret, emerſere generoſa pectora quæ contradicerent, tetra & improba dogmata improbarent, auſibusque nefandis obviam irent. Neque enim potentum heroum animos ita faſcinaverat ſuperſtitio, ut regna & imperia invadentibus Pontificibus fortiter reſiſtere dubitarint; neque occultarunt Eccleſiarum Doctores Romanæ curiæ artes, ſed propalarunt, ipſaque dogmata & ſacramenta ad amplificandam Pontificis & cleri pote-

ſtatem atque auctoritatem quæſtumque faciendum aptari, palàm exprobrarunt. Licet verò hiſce veritatis aſſertoribus & Pontificiæ tyrannidis Hoſtibus, dira opponerentur; licet ad tales averruncandos nemo non Pontificum multa & valida adhibuerit remedia; licet ab igne & ferro, quæ ultima inſanabilium morborum ſunt medicamenta, non abſtinuerint: nullis tamen neque artibus, neq; anathematibus, neque perſequutionibus & ſupplicijs efficere potuerunt, ut exſtinguerentur accenſæ veritatis faces, ſiquidem earum lux ab ijs, quos patriâ ejectos ſolum vertere coëgit perſequutio, varijs illata provincijs, præcipuas Chriſtiani orbis illuminavit oras. Verùm enim verò quum difficiliora plerumque magnarum expeditionum eſſe ſoleant initia, haud adeò eſt mirum, ſucceſſu minùs felici reformationis negotium ſuſcepiſſe illos majorum noſtrorum præluſores, Johannem Erigenam Scotum, Bertramum Presbyterum, Berengarium Andegavenſem, Waldenſes ſive Albienſes, Michaëlis Cæſenatis ſectatores, Fratricellos, Begardos

&

& alios. Quòd ſeculo autem proximè elapſo proavorum vel etiam avorum noſtrorum memoriâ excitavit tandem Deus opt. max. viros, qui Spiritus ſancti ope freti magno negotium aggrederentur animo, & exſequendo pares eſſent, inexhauſtæ ejus benignitati acceptum ferimus. Verumtamen quum nulla humanarum actionum abſolutè omnibusque numeris ſit perfecta, circa hoc quoque negotium aliquam ſeſe exſeruiſſe imbecillitatem, aliquem defectum, non ſine dolore experiri & fateri omnes cogimur. Factum videlicet, ut nata inter ipſos reformationis adeò neceſſariæ auctores disſidia, in pernitioſum ſchiſma eruperint, ſcisſis caritatis vinculis Eccleſia univerſa in quatuor magnas diviſa partes, mutuisque membrorum inter ſeſe diſſidentium fatigata colliſionibus, manſvetudinem ſanctamq; ſimplicitatem exuiſſe, & de priſtino ſinceritatis faſtigio deturbata videretur. Orientem enim ab Occidente, Græcos à Latinis, Latinos non-Reformatos ſive Pontificios à Reformatis, & Reformatos ipſos inter ſe diviſos, magnâ ani-

mi

mi triſtitiâ, multoq; cum gemitu intuemur. Uſque quo verò in diverſas itum eſt partes, de tollendis ſimultatibus, mitigandis odijs & componendis diſſidijs ſeria conſilia agitata, tantum abeſt, ut tanto melior veritatis aſſertor & cauſſæ ſuæ quiſque haberetur patronus, quanto θέσιν φυλάττειν noſſet pertinaciùs, & in diſſentientes inveheretur acerbiùs. Exacerbatis proinde animis ulteriùs itum eſt, & ut alij alios magis exoſos imò abominabiles redderent, non in exagitando diſſenſu acquieverunt, ſed hæreſes ſibi invicem intentarunt, & ne litigandi & contendēdi deeſſet materia, per varias & infidas conſequentiarum ambages neſcio quæ opinionum portenta deducere & inſontibus affingere ſategerunt. Quâ agendi ratione fieri certè aliter non potuit, quin miſerrima & perturbatiſſima reddatur Eccleſiæ conditio; & ſi ad eum modum pergitur, omnis propemodum ſpes, deformes adeò coituros hiatus, decollat. Si igitur tam Reipublicæ quàm Eccleſiæ tranquillitatem reſtauratam, ſi non tantùm odia & inimicitias, ſed bella quoque & cruentas

cædes

cædes ceſſare volumus, neceſſum erit ut errantibus comiter viam commonſtremus, à diris anathematibus abſtineamus, nec novos condamus fidei articulos, ſed priſcis illis & fundamentalibus in tuto collocatis, natum circa dogmatum appendices diſſenſum toleremus, atque effreni altercandi & contendendi libidini fibulam tandem imponamus. Cæterùm cauſas quod Colloquiorum & Conventuum eventus piæ invitantium exſpectationi hactenus non reſpondit, ariolari fortaſſis haud difficile foret. Meritâ interim laude haut defraudandos exiſtimamus eos, qui ſummis Majeſtatibus fuere auctores, ne quidquam ad promovendam Divini nominis gloriam faciens inſuper haberent, ſed officij ſui memores, quovis modo laboranti Eccleſiæ ſuccurrerent, perque ſchiſmata divulſam, unire niterentur. Tenetur enim & in conſcientiâ obligatus eſt unusquisque, fraternam inter unius Patris cæleſtis filios caritatem ſartam tectam conſervare, aut ſi naufragium paſſa ſit, reſtaurandæ & in integrũ reſtituendæ nullam non adhibere induſtriam, ſed omni ut refloreſcat opũ vi allaborare. Et quanto quiſque eminentiori

eſt loco, quanto majore ad reſtaurandam poſſet & facultate & poteſtate, tanto tenetur obligatusque eſt magis. Licet igitur ad Principes, Reges, rerumque Dominos negotium hoc tantum non unicè pertinere videatur, conſilio tamen & monitis haud deeſſe ijs debent Deum amantes pij, prudentes, rerumque periti viri, qui longo uſu & indefeſſo ſtudio morborum penetrarunt cauſas, modosque medendi ſuggerere valent. Quemadmodum enim Reipubl. ſalus Politicis viris, ita Eccleſiæ Eccleſiarum Doctoribus cordi & curæ eſſe debet; utriusque quibus & hanc & illam gubernandam commiſit Deus opt. max. ſummis Majeſtatibus. Quàm ſedulam ſeriamque p. m. Parens meus D. Georgius Calixtus rei expediendæ uſque adhibuerit operam, quantam propter ardens pietatis & tranquillitatis Eccleſiaſticæ ſtudium ſuſtinuerit invidiam, quàm atroces toleraverit injurias, hic commemorare parùm refert, novit enim univerſus orbis eruditus; noruntipſi illi, qui ſarciendæ inter Chriſtianos ſpiritualis & Eccleſiaſticæ concordiæ deſiderium infamibus Syncretiſmi, Samaritaniſmi & Atheiſmi

ap-

appellationibus flagellant : Iſta videlicet eorum qui pacem ſectantur plerumque ſolent eſſe præmia. Norunt etiam pacifici qui ſalutaria remedia ad ſedandos tandem inteſtinos motus facientia non repudiant, ſed ſuppeditantibus proba conſilia favent. Inter eos verò Te Celſiſſime & Potentiſſime Princeps magno Tuo merito familiam hodie ducere tanto gaudent ſibique gratulantur magis, quanto plus in tanti Principis auctoritate præſidij collocant, quorum conſtantiam indignantium furor infringere nondum valuit. Neque tamen omnis omninò abjicienda ſpes, fore aliquando, ut ubi deferbuerint calida pectora, admittant moderatiora conſilia, illumque de religionum ac cultuum confuſione metum eximi ſibi patiantur. Qui ut eximatur, omni conatu omnibusque viribus, omnibus ad rem facientibus modis & medijs eniti oportet. Eximi autem rectiùs non poterit, quàm ſi ad pacem invitantes arbitri, rem ſine fuco & dolo gerere, nec alium finem quam Dei gloriam, honorem Chriſti & Eccleſiæ proſperitatem intendere, publicè profiteantur ſanctèque teſtentur.

Neque enim ad ſtatus, ut vocant, rationem fir-
mandam aptari debet religio; neque in frau-
dem tertij, ad hoſtem vel repellendum fortiùs
vel opprimendum feliciùs male fida fœdera
inire, animosve amicitiâ quam pro re natâ vel
alere vel rumpere liceat, jungere fas æquumve
eſt. Primarias interim actualem communio-
nem prohibentes cauſas quod attinet, eas ne-
que diſſimulandas, neq; loquutionum & phra-
ſium ambiguitatibus non tollentibus ſed incru-
ſtantibus diſſenſum involvendas aut pallian-
das, neque uſque adeò elevandas exiſtimamus,
ut ſimplicioribus ſenſim ingeneretur opinio
perinde eſſe ſive ſic ſive aliter ſentiant, ſive
cum his ſive cum illis contradicentium faciant,
ſed candidè, apertè, ingenuè, ſine verborum
involucris, quàm fieri poteſt maximè ſignifi-
canter & ſonorè quemque quod ſentit profi-
teri, & animi ſenſa exprimere fas fuerit. Quæ
ſi ſic ritè peragantur, quantum alter alteri illæ-
ſâ conſcientiâ concedendum, qualem in alijs
diſſenſum ſalvâ Chriſtianâ caritate toleran-
dum cenſeat, exponere porrò haut difficul-
ter poterit. Quemadmodum enim corpo-

rum

rum vulneribus ſalutaria remedia applicari nequeunt, niſi detegantur antè & inſpiciantur ſanabilia ſint an minùs? ita etiam Eccleſiæ vulneribus medicina fieri haud poterit, niſi omnium exponantur conſpectui, niſi cauſarum infligentium priùs expendantur pondera. Initium ſcilicet concordiæ eſt, diſſidiorum cauſas & momenta cognoſcere ac penetrare. Diſſenſus verò ſummam, & lacerantes Occidentalem Eccleſiam cauſas, iſta quam Celſitudini Tuæ, Sereniſſime Princeps, humillimè offero utriusque & Pontificiæ & Reformatæ Doctrinæ Conſideratio exhibet. Exhibet autem ita, ut ubi conciliationi & tolerantiæ locus eſſe poſſit, ubi non poſſit, ſubinde commonſtret. Sicuti enim pleraque ita etiam hæc pij Parentis mei aſſerendæ veritatis ergo elaborata ſcripta, moderationem ſapiunt, mitigandisque horribilibus odijs, & reducendæ, ſi fieri poſſet, animorum tantopere inter ſe divaricantium unioni inſerviunt Quorum ſpecimen quoddam, de Tolerantiâ Reformatorum Conſultationem, quum haud ita pridem emiſerim, & factam in Præfatione

 ad

ad Lectorem Celſitudinis Tuæ mentionem, ſatis benignè & clementer acceptam non obſcurè intellexerim; auſus porrò ſum, quæ alij temeritati, alij arrogantiæ procul dubio inputabunt. Nemo enim non temeritatis arguet, quod tantum Germaniæ Principem & Imperij Electorem, ego ſcholaſtici ordinis homo compellare mihi ſumo: ambitionis nemo non palàm reum aget, quòd onus cui ferendo non ſum ſubire ſatago; imprudentiam uno ore accuſabunt omnes, quòd mercedis quam tulit beatus Parens meus immemor, periculoſo quem premo de tramite non revoco gradũ, quòd denſis convitiorum ex invidiæ cavernis certatim erumpentibus imbribus ſciens volenſque me ingero, pectusque objicio. Verùm licet cuncta iſta me non fugiant, licet deſtinata mihi præmia ut præſentia & jam tum ſoluta intuear, licet tantæ molis operi promovendo imparem me eſſe non diffitear, quum tamen à Parente ſic inſtitutus ſic edoctus ſim, ab amore Divinæ gloriæ nullis neque minis neque cervici imminentibus periculis avelli patior. Continere certè me non poſſum quin Tuæ,

Sereniſſime Princeps, qui ad tranquillitatem publicam facientibus meditationibus indulges & ſeriò occuparis, qui ſaxum illud gloriosè volvis, Celſitudini de iſthoc animo humilimè gratuler, & Deum invocem, ut conſtantem illum Tibi ſervet, & plures Tui ſimiles magnanimos excitet heroas, qui præclarum opus junctis viribus juvent, promoveant, & ad felicem tandem exitum deducant. Modi & media rei conficiendæ idonea à B. Parente meo, SINE OMNI PRÆJUDICIO, ut ipſe loqui amat, ſuppeditata extant, quæ ſi non ſufficiunt, meliorem & compendioſiorem commonſtranti viam nemo ſanus obtemperare recuſabit. DEUS felicẽ largiatur ſucceſſum, & faxit propitius, ut perſpectâ quæſtionum, de quibus controvertitur, aliarum quidem certâ veritate, aliarum verò indeterminabili ambiguitate, aliarum autem curiosâ & otiosâ vanitate animi Chriſtianorũ magis magisque mutuâ caritate devinciantur, & actualis unio atque communio tandem redintegretur, alijs interim erga alios non aliter affectis, quàm decet Chriſtianos, & germanos ejusdem Patris cæleſtis filios. Quod pium

& ſerium meum votum, uti non potes improbare, Sereniſſime Princeps, ita ſubjectiſſimum animi obſequium una cum Paternis lucubratiunculis, quas Celſitudinis Tuæ ſubmitto judicio, clementer acceptabis. Meum erit ardenter venerari ſummum Numen, ut Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ, Ejusque Regiæ Domui ineuntem hunc novum annum, aliosque deinceps ex ordine plures, feliciſſimos proſperrimosque eſſe jubeat, & ab omnibus fortunæ inſultibus ad ſeram poſteritatem glorioſam florentemque aſſerat ac tueatur. Scribebam Helmeſtadij in Acad. Juliâ ipſis Calendis Januarij, Anno CIↃ IↃC LIX.

Sereniſſimæ & Potentiſſimæ Celſitudinis

Veſtræ

ſubjectiſſimus cliens

FRIDERICUS ULRICUS CALIXTUS D.

CON-

CONSIDERATIO
Doctrinæ Pontificiæ
HODIERNÆ
Juxta ductum Concilij
TRIDENTINI.

QUicquid verum eſt, id eſt à Deo, qui prima, ſumma & indeficiens veritas eſt, cui omne aliud verum debet quod ſit verum. In Deum itaque peccat, quicunque, quod verum eſſe novit & apud animum ſuum perſvaſus eſt, falſi inſimulat, vel ejus contrarium præ ſe fert, probat & profitetur. Qui itaque contra conſcientiam ſuam, adverſus veritatem ſibi cognitam, quamvis ea non niſi rem terrenam & civile negocium concernat, teſtimonium perhibuerit, dixerit vel fecerit, ille peccatum mortale committit, & graviſſime Deum offendit. Dubium autem non eſt, quin graviùs etiam offendat, qui amplexus & profeſſus fuerit, vel probaverit, quod in rebus, religionem, fidem, uſum Sacramentorum & cultum Dei concernentibus, falſum vel pravum eſſe intelligat, & contra deſerat, rejiciat & improbet, quod noverit eſſe verum & rectum.

II. Diſcrimen autem eſt inter iſta duo, *Ego* hoc tanquam verum non poſſum admittere, & Ego hoc quod verum eſſe nego, in alio non poſſum tolerare, nec aliter

ſentientem, quàm ego ſentio, Chriſtianum agnoſcere, vel ut Chriſtianum habere & amare. Quùm circa fundamenta ſalutis ſive articulos fidei ad ſalutem cuivis neceſſarios, nec non circa doctrinam ſacramentorum ſuperioribus ſeculis multæ quæſtiones ſint excitatæ, & excitari plures etiam hodie poſſint, quarum aliæ fundamenta propinquiùs fortè attingant, aliæ ab ijs remotiùs abſint, diſcrimen illud omnino ſervandum erit, ut homo pius & moderatus, ſi videat fundamenta eſſe ſalva, priore effato utatur, non poſteriore.

III. Quæ ad fidem pertinent, in Antecedentia, Conſtituentia & Conſequentia alibi diſpeſcuimus. *Conſtituentia* diximus eſſe ipſos fidei articulos, prout ſecundum ſubſtantiam cuivis homini adulto ad ſalutem ſunt neceſſarij: inter *Conſequentia* ſive corollaria, vel quæſtiones emergentes & annatas, illorum potiſſimum rationem habendam eſſe, *quæ proximè & immediatè ipſos articulos conſequuntur, quibus videlicet poſitis aut negatis articulum quoque ipſum vel poni vel negari neceſſe fuerit.* Ad *Antecedentia* retulimus notitiam & numerum liberorum Canonicorum. Et hæc ipſa, uti etiam conſequentia, certiùs & accuratiùs cognita habere, non tam eſſe quorumvis è vulgo, quam Paſtorum & doctorum Eccleſiæ, monuimus.

IV. Si de Antecedentibus & Conſequentibus agatur, haut temerè progrediendum erit ad poſterius effatum. Turbavit hîc omnia & Schiſma, quod in Eccleſia exortum erat, irreconciliabile reddidit Concilium Tridentinum, dum multa talia, hactenus indifferentia, ſive libertati opinandi relicta, in alterutram partem, plerumque autem deteriorem ſub anathemate determinavit, atque ita omnem conciliationis ſpem, quamdiu ipſum apud alteram partem vigebit & valebit, ademit.

V. Eſto

V. Eſto exemplum. Quum univerſa Eccleſia Græca, & qui in Latina catalogum Canonicorum librorum primis quatuor ſeculis prodiderunt, à Canone V. T. Tobiæ, Judithæ, Siracidæ, Maccabæorum & ſimiles, qui ab autoribus ſuis Hebraicè ſcripti non erant, excluſerint; cœperunt ſeculo demum quinto Innocentius, Auguſtinus & Gelaſius variare, & eos quos diximus, antiquis & genuinis Canonicis annumerare: Ipſi autem non obſcurè fatentur, quòd admodum ſtrictam & accuratam recenſionem non inſtituant. Nec difficilè fuit, paucos hoſce Latinos cum univerſis Græcis, ipſiſque Latinis antiquioribus & pleriſque ſubſecutis recentioribus conciliare. Nempè vocem Canonici aliquanto latius accipiunt, & ad eos quoque libros extendunt, qui aliàs Eccleſiaſtici ſolebant appellari, quos ut præter alios monuit Rufinus, *legi quidem in Eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam.* Et benè rem totam explicat Alfonſus Toſtatus, Prologo in Matthæum, quæſtione tertia: *Libri*, inquit, *nonnulli dicuntur apocryphi, quia non conſtat de eorum ſcriptoribus, an Sp. S. dictante ſcripſerint, & etiam non conſtat de omnibus quæ in eis habentur, an vera ſint. Non tamen eſt in eis aliquid, quod manifeſtè falſum ſit, vel quod valde ſuſpectum ſit de falſitate. Hoc modo ſunt apocryphi libri quidam, qui ponuntur extra canonem V. T. computantur tamen inter libros S. Scripturæ, ſcilicet liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, & Judith, & Tobias, & libri Maccabæorum. de autoribus enim horum non conſtat Eccleſiæ, an Sp. S. dictante ſcripſerint; non tamen reperit in iis aliquid falſum, aut valde ſuſpectum de falſitate, ſed potiùs in eis eſt doctrina copioſa ſancta & devota. Ideò eccleſia legit illos & computat inter libros ſuos.*

VI. Ita tota difficultas eſſet expedita, & conciliari

 poſſet

poſſet Synodus Tridentina cum veritate & antiquitate, niſi anathema in omnes diſſentientes ejaculatum eſſet. Dicit ſe omnes libros tam Vet. quam N. T. pari pietatis affectu ac reverentia ſuſcipere ac venerari: Deinde enumerans libros V. T. controverſos ſive Apocryphos illos immiſcet, & tandem ſubjungit: *Si quis libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro Sacris & Canonicis non ſuſceperit, anathema ſit.* Per quæ verba omnis commoda explicandi & conciliandi ratio, quin & mutua diſſidentium tolerantia perimitur. Qui enim Concilium hoc Tridentinum admittit, ſub pœna anathematis & jactura æternæ ſalutis apocryphos illos libros Moſi & Prophetis æquare debet. Nec hoc ſolùm: Ei qui diſcrimen aliquod & imparitatem agnoverit, non poterit dicere; tolerabimus nos invicem & Chriſtiana caritate proſequemur, etiamſi in conſtituendo Canonicorum librorum numero diſſentiamus; ſed neceſſe habet dicere; Si à me & Concilij ſententia diverſus abis, & Tobiæ, Judithæ, Maccabæorum libros, eodem quo Moſen & Prophetas, pietatis affectu & reverentiâ non ſuſcipis & veneraris, tanquam anathema te abominor. Ita, Num Baptiſmus Johannis cum Baptiſmo Chriſti eandem vim habuerit, nunc non multum refert noviſſe, & ſemper opiniones liberæ fuerunt. At poſtquam Tridentini anathema emiſerunt, nulla relicta eſt ſentiendi libertas, nulla conciliatio, nulla tolerantia. Baptiſmo Johannis eamdem cum Chriſti Baptiſmo vim denegare oportet, aut numero Chriſtianorum excludi. Similiter VII à Chriſto inſtituta ſacramenta, nec plura nec pauciora, credere oportet, aut anathema audire. Sic itaque Concilium Tridentinum, partim veras, partim indifferentes, liberas,

beras.& innoxias opiniones, in capitales mutavit errores ſive hæreſes, & evibratis anathematibus, omnes qui ipſum receperint, & juramentum profeſſionis fidei, quale Pius IV præſcripſit, ediderint, à diſſentientibus irreconciliabili ſchiſmate diremit, quos videlicet, quam diu diſſenſerint, anathemata & Chriſtiano nomine indignos haberi oporteat. Niſi igitur anathemata Tridentina mitigentur aut aboleantur, de conciliatione deſperandum erit. Percurremus autem breviter ſeſſiones Synodi Tridentinæ, &, ubi, ſi removeantur anathemata, conciliationi vel tolerantiæ locus eſſe poſſit, ubi non poſſit, memorabimus.

Concilii Tridentini primæ tres Seſſiones Præliminaribus occupantur, & ad determinationem dogmatum non deſcendunt.

DE NORMA FIDEI, ad IV Seſsionem Synodi Tridentinæ, quæ quum Romani Pontificis mentionem non faciat, & de ejus tamen autoritate & de eccleſia controverſiæ ſint maximi momenti, omnem eam rem brevibus aphoriſmis proponemus.

I.

SAcra Scriptura canonica, quoniam divinitus eſt inſpirata, autoritatem obtinet ſummam & divinam, & infallibilis eſt.

II. Diſcurſuum itaque vel illationum ſub lumine fidei & revelationis inſtitutarum, ſive Theologicarum primum & ſummum principium hoc eſt: Quicquid Sacra Canonica Scriptura docet, eſt infallibiliter verum.

III. Eadem igitur homini Chriſtiano quà tali, omnium credendorum norma & agendorum regula eſt.

IV. Quod igitur ex principio paulò antè propoſito, per probam & validam conſequentiam deduci non poteſt, ad fidem & religionem Chriſtianam non pertinet.

V. Tobiæ, Judithæ, Baruci, Sapientiæ, Siracidæ, Maccabæorum libros, & fragmenta Danielis ac Eſtheræ, Moſi, Prophetis & Pſalmis æquare, error eſt.

VI. Non æquantes, ſive diſcernentes anathemate ferire, intolerabilis error eſt.

VII. Synodus itaque Tridentina, quæ in ipſis ſuis initiis utrumque errorem erravit, nullam fidem meretur.

IIX. Verſionem Latinam Veterem ſive vulgatam, Hebræo textui V. T. & Græco Novi æquare vel præferre, craſſus error eſt.

IX. In iis, quæ apertè in Scriptura poſita ſunt (verbis utimur S. Auguſtini) inveniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresque vivendi.

X. Extare itaque traditiones, per quas ex unanimi eccleſiæ priſcæ conſenſu ſymbolis ac confeſſionibus, ſcriptisque præſtantium veterum Doctorum declarato, probari poſſit ullum vel ad ſalutem neceſſarium dogma, vel à Chriſto inſtitutum Sacramentum, quod non inveniatur in in S. Scripturâ, error eſt.

XI. Quoniam quæ continent fidem moresque vivendi,

vendi, apertè in Scripturâ poſita ſunt, factâ quadam familiaritate (iterum utimur verbis Auguſtini) cum ipſa lingua divinarum Scripturarum in ea quæ obſcura ſunt, aperienda & diſcutienda pergendum eſt, ut ad obſcuriores locutiones illuſtrandas de manifeſtioribus ſumamus exempla, & quædam certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem de incertis auferant. Hinc itaque pendet interpretatio Scripturæ, & qui tali familiaritate cum linguâ Scripturæ contractâ, ab apertis ad obſcura illuſtranda pergendi facultatem conſequuti fuerint, idonei ſunt Scripturæ interpretes. Ejuſmodi facultate præ cæteris pollere debent (utinam polleant!) Epiſcopi & Doctores in Eccleſia.

XII. Romanum Pontificem, ſive ſeorſim ſumptum & ſine concilio, ſive Concilio junctum eſſe infallibilem ſenſuum ſcripturæ interpretem, & controverſiarum fidei judicem, error eſt; qui quantum Pontificem extollit, tanto jugo Chriſtianorum conſcientias premit; & propterea seriò oppugnandus, &, ut eccleſiæ tranquillitas reddatur, eliminandus erit.

XIII. Romanum Pontificem numerum credendorum vel dogmatum ad ſalutem neceſſariorum augere poſſe, ſive poſſe Pontificem ſub jactura æternæ ſalutis obligare ad credendum ea, ad quæ credenda neque Chriſtus obligavit, neque fideles in prima eccleſia obligati fuerunt, error eſt.

XIV. Romanum Pontificem jure divino & ab ipſo Chriſto conſtitutum eſſe totius militantis eccleſiæ, per univerſum terrarum orbem diſperſæ, Principem & Monarcham, error eſt.

XV. Ad ſalutem omni humanæ creaturæ neceſſarium eſſe, ut ſubſit Romano Pontifici, error eſt. Hi quatuor

tuor præcedentes & inter ſe connexi errores prorſus intolerabiles ſunt, quòd ſpiritualem Pontificis tyrannidem ſtabiliant, eumque conſcientijs & fidei Chriſtianorum dominari faciant.

XVI. Ad ſalutem autem neceſſarium eſt omni homini, ut ſubſit capiti Chriſto & cum eo per veram fidem, cum membris autem per caritatem conjungatur.

XVII. Quicunque itaque ubicunque locorum Chriſtum dominum & redemtorem agnoſcunt, & una cum Patre & S. Spiritu venerantur & adorant, & quæ porro ad habendam ſalutem agnoſci opus eſt, ex Scriptura docent & diſcunt, & juxta inſtitutionem Chriſti Sacramentis utuntur, & abnegata impietate ſanctimoniam ſectantur, illi unam, ſanctam, catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam toto terrarum orbe diffuſam, conſtituunt.

XIIX. Denique, poſſe Pontificem Reges, Impp. ſi hæreſi infectos eſſe, aut hæreſin minus ſedulo extirpare cenſeat, vel etiam inperitiâ & ignaviâ regnandi laborare judicet, dominatu privare, ſubditos à ſacramento fidelitatis abſolvere, & imperium ad alios, quos magis idoneos exiſtimet, transferre, magnus regniſque & Rebuſpublicis pernicioſus error eſt, quem nullus bonus, patriæque & Principis ſui amans civis admittere, vel ferre poterit.

DE PECCATO ORIGINIS Ad Seſsionem V Synodi Tridentinæ, ubi nullus apponitur capitum vel Canonum numerus.

I.

ADamum quum mandatum Dei in paradiſo tranſgreſſus eſt, ſanctitatem & juſtitiam, quam in creatione acceperat, non ſibi ſoli, ſed etiam poſteris ſuis perdidiſſe, atque adeo in eos (communi ſc. carnali modo progenitos) peccatum, quod mors eſt animæ, propagatione, non imitatione transfundere, rectè docet Synodus Tridentina.

II. Rectè etiam negat, hoc peccatum vel per humanæ naturæ vires vel aliud remedium tolli, quam meritum unius mediatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui nos Deo reconciliavit in ſanguine ſuo.

III. Infantes igitur baptizandos eſſe, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt, rectè aſſerit.

IV. Præterea docet per Jeſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmo confertur, reatum originalis peccati remitti. Reatus eſt obligatio ad ſubeundam pœnam peccato debitam, quæ omnino tollitur. Et hactenus rectè.

V. Quod autem addit tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet, verum non eſt. In quocunque enim vera & propria ratio peccati originalis conſtituatur, id quamvis imminutum manet, & ſecundum ſpeciem non variatur. Manet item materiale, v. g. concu-

piſcentia ſeu inclinatio ad bonum caducum & delectabile; manet quoq; formale, nempe quod ſit ἄνομ☉. Ergo peccatum eſt poſt baptiſmum ſicut antè erat, etiamſi ſecundum gradus, vel quoad magis & minùs variet.

VI. Sed hæc ad Scholaſticam ſubtilitatem vergere videntur. Quod rem & praxin attinet, renatos, qui deſideria carnis non perficiunt, ſed per Chriſti gratiam reprimunt, non conſentiunt, ſed repugnant, atque adeo non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum, etiamſi concupiſcentia, quæ in eis reſidua eſt, verum peccatum ſit, non tamen magis damnationi facit obnoxios, quam ſi peccatum non eſſet. Eatenus itaque conciciliationi vel tolerantiæ locus fuerit relictus.

VII. Quod autem Synodus anathema dicat illis, qui reſiduam in renatis concupiſcentiam, quam Apoſtolus peccatum appellat, propriè peccatum eſſe exiſtimant, id nimiæ eſt ſive arrogantiæ ſive ſævitiæ.

IIX. Beatiſſimam virginem Mariam θεοτόκον ſine peccato originali conceptam fuiſſe, in quam opinionem admodum propendet Concilium Tridentinum, Sacræ Scripturæ & univerſæ antiquitati adverſatur.

IX. Breviter. Propter peccatum Adami omnes qui ex eo communi modo gignantur, naſci obnoxios æternæ damnationi, nec eam evadere poſſe, niſi per Dei gratiam & Chriſti meritum, fundamentalis doctrina eſt; cui annaſcitur & additur quæſtio de quidditate peccati originalis, ſive quænam ejus adæquata ratio & definitio. Hanc conſtituere Auguſtinus non eſt auſus. *Peccato*, inquit, *originis nihil eſt ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum difficilius.* Nihil autem ſine dubio probatius aut rectius dici poteſt, quam quod ſit privatio juſtitiæ origi-

De moribus Eccleſ. c. 22.

originalis, per ignorantiam in intellectu, averſionem in voluntate, & rebellionem in appetitu. Quum autem ſit quæſtio ſcholaſtica, ſi quis diſſentiat, modo ſundamentalem doctrinam illibatam retineat, tolerari poteſt.

DE JUSTIFICATIONE ad Seſsionem VI Concilij Tridentini.

SEſſione VI, tùm capitibus, tùm Canonibus, (nova videlicet ratione in prioribus ſeſſionibus non uſitata) prolixe agitur de Juſtificatione, & immiſcentur nonnulla de neceſſitate gratiæ, de libero arbitrio ſive viribus humanis, de certitudine gratiæ ſive Prædeſtinationis, de merito bonorum operum. Sicut autem plura in his ſubtiliora, quàm ut ad iſtum modum propoſita vel à vùlgo fidelium capi poſſint, vel ad ſalutem neceſſaria judicari debeant: v. g. ubi doctrina Juſtificationis explicatur, de diſpoſitione ad eam, de cauſa formali & inſtrumentali agitur. Facilè eſt hujuſmodi terminos diverſimodè accipi & applicari. Si enim utamur vocabulis vulgari uſu receptis & quemadmodum hoc dogma populo Chriſtiano proponi & ab eo credi oportet, loquamur, vix ullus poterit deprehendi diſſenſus, nempe ſi ad hunc modum proponatur: Deus hominum ſuo crimine & diaboli fraude in peccatum & exitium prolapſorum miſertus, miſit unigenitum filium ſuum: Ille pro hominibus homo factus, paſſus & mortuus, reſurgens & aſcendens in cœlos, re-

miſſionem peccatorum & æternam vitam ijs promeruit: Hoc ſuum ſuique Filij tantum beneficium DEUS per prædicationē Evangelij hominibus fecit annunciari & exponi: Qui ſe peccatores agnoſcunt & dolent, Evangelio adſentiuntur, in Filium credunt, & in ejus merito ac morte confidunt (quæ tamen abſq; præveniente & excitante & cooperante divina gratia fieri nequeunt) illi Deo reconciliantur, remiſſionem peccatorum conſequuntur, è ſtatu iræ & damnationis in ſtatum gratiæ & ſalutis transferuntur, in eo permanſuri, & æternæ gloriæ certe futuri participes, ſi, ex quo crediderunt, & reconciliati Deo ſunt, obſervationi mandatorum divinorum operam dederint, ſecundum carnem non vixerint, & præeunte & cooperante ope divinâ à peccatis contra conſcientiam committendis ſibi caverint: Sic in præſente vita juſtificabuntur homines & in futura glorificabuntur. Hiſce ita poſitis conſideremus nonnulla ex ijs, quæ docuit Synodus Tridentina; ea præſertim, quæ ambigua ſunt, vel falſa, vel falſitatis ſuſpecta.

I. Capitulo VI & VII dicitur fides diſpoſitio ad juſtificationem, & cap. IIX initium juſtificationis. Fides autem viva & vera non eſt ſaltem diſpoſitio & initium, ſed à parte hominis proxima & immediata juſtificationis cauſa.

II. Eodem VII capitulo dicitur Juſtificatio non eſſe ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio & renovatio interioris hominis. Juſtificatio quidem non eſt abſque tali ſanctificatione & renovatione, ſive juſtitia quadam incoata & homini inhærente. Quod verò ad ipſam formalem juſtificationis & juſtitiæ rationem, per quam adeundæ cæleſtis hereditatis jus conſequimur, illa pertineat, eamve conſtituat, à vero videtur alienum.

III. Sed

III. Sed à capitulis ad Canones tranſeamus, quibus doctrina in capitibus propoſita repetitur, addito ſingulis anathemate. Canone quarto anathema eſſe jubetur, qui dixerit, liberum arbitrium à Deo motum & excitatum merè paſſivè ſe habere. Quatenus movetur & excitatur, ita ſanè ſe habet merè paſſivè. Poſtquam verò motum & excitatum eſt, in virtute moventis & excitantis gratiæ, cum audito & percepto Evangelio divinitus datæ, operatur. Nempe gratia divina, viribus humanis, quæ per liberum arbitrium denotantur, facultatem agendi, quâ priùs deſtitutæ erant, largitur, ſed neceſſitatem non inponit.

IV. Ad Canonem V notamus, liberum arbitrium poſt Adami peccatum eſſe amiſſum & extinctum, i. e. vires humanas, ut intellectum & voluntatem, ſibi relictas, abſque peculiaribus divinæ gratiæ auxilijs, etiamſi circa res, quæ naturæ lumine comprehenduntur, aliquid poſſint, non tamen poſſe revelationibus divinis ſupernaturalibus aſſenſum, qualem oportet, præbere, vel in promiſſionibus Evangelij, meritoque ac morte Chriſti ſpem & fiduciam figere, niſi in virtute divinæ gratiæ peculiariter una cum prædicato Evangelio ſive per Evangelium donatæ.

V. Ad IX. Sola fides juſtificat, i. e. à parte hominis tanquam neceſſaria conditio vel cauſa juſtificationē immediatè efficit. Non eſt ſenſus, quaſi ad obtinendam juſtificationem à parte hominis (nàm à parte Dei miſericordiam divinam, & meritum Chriſti, & vocationem per Evangelium, intercedere, ſive potiùs præcedere, notum eſt) nihil omnino requiratur, præter nudam & ſolam fidem. Oportet peccata priſtina agnoſcere, & ob commiſſa dolere: Oportet Evangelium audire. Non tamen quicunque peccata ſua agnoſcit & dolet, vel Evangelium audit, hoc ipſo ſtatim

juſtificatur. Ergo agnoſcere peccata & audire Evangelium, juſtificationem proximè & immediatè non inferunt ſive efficiunt. Si verò dixeris; Ergo nihil planè ad juſtificationem faciunt, ſive abſque ijs juſtificatio obtineri poterit, perperam ratiocinaris. Hæc excluſiva igitur; Sola fides juſtificat, in hunc modum exponenda erit: Fides juſtificat, &, Quod non eſt fides, id à parte hominis juſtificationem proximè & immediate non ponit & efficit. Ita rectè ſe habet, eoque ſenſu à veteribus uſurpata fuit. Inde Cardinalis Hoſius epiſtola ad Ruardum Tapperum: *Non ſolùm Auguſtinus & Ambroſius, ſed & Bernhardus & alij multi uſi ſunt hoc loquendi genere, quod ſola fides juſtificat.* Ex Scholaſticis producimus Bonaventuram, cujus hæc ſunt verba in IV, Diſt. XV, part. I, quæſt. I. *Etſi Divina miſericordia remittit offenſam homini, dando gratiam, non tamen ita omnino remittit, ut exigat de offenſa ſatisfactionem pro juſtitia: Nam in ſola fide paſſionis Chriſti remittitur omnis culpa & ſine fide ejus nullus juſtificatur.*

Epiſt. 17.

VI. Ad X. Si quis dixerit, homines per Chriſti juſtitiam formaliter juſtos eſſe, anathema ſit. Hæc aſſertio magis ſcholaſticè concepta, quam ut anathemate ſancienda. Docet hac ipſa ſeſſione Synodus Tridentina cap. 3, Mortis Chriſti beneficium recipere eos duntaxat quibus meritum paſſionis ejus communicatur. Et c. 6, Neminem poſſe eſſe juſtum niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti communicentur. Quid vero eſt meritum paſſionis Chriſti alicui communicari, aliud, quam imputari? Jam ſicut homo ab actu divinæ voluntatis, quo eum Deus amat, dicitur amatus; ita quoque à ſimili actu, itidem ad hominem terminato, quo Deus homini meritum paſſionis

nis & juſtitiam imputat, dici poteſt is homo per Chriſti juſtitiam divinitus imputatam juſtus.

VII. Ad XI. Imputatio juſtitiæ Chriſti & remiſſio peccatorum non excludit ab eo caritatem & incoatam inhærentem juſtitiam. Non autem ſequitur ita eum coram Deo inhærente juſtitia juſtificari, i. e. formali inhærente juſtitia, per quam hæres æternæ vitæ conſtituitur, quemadmodum per remiſſionem peccatorũ & imputationem juſtitiæ Chriſti. Deinde gratiam Dei, quando dicimur juſtificari gratis Dei gratia per redemtionem factam in Jeſu Chriſto, non χάρισμα vel infuſum aliquod donum, ſed miſericordiam favorem & benignitatem ſignificare, certum eſt.

IIX. Ad XII. Fides juſtificans eſt adſenſus divinis Evangelicis promiſſionibus præbitus, utpote veris, & deinde fiducia innixa his ipſis promiſſionibus & gratiæ Dei meritoque Chriſti per eas nobis oblato, tanquam maximis bonis, in quorum virtute evaſuri ſimus omne malum, infernum videlicet & damnationem, participeſque futuri æternæ vitæ & gloriæ. Fides igitur hic conſideratur, non ut res ſimplex ex genere naturalium ſed ut quoddam à parte hominis morale inſtrumentum adipiſcendi juſtitiam & ſalutem. Quod proinde non mirum eſt, ſi non fuerit aliquid unum per ſe, tanquam ſimplex res naturalis, ſed quoddam unum per accidens & è duobus compoſitum, ubi fiducia eſt quaſi complementum & perfectio adſenſus, ut ſit fides juſtificans, complementum, inquam, in eſſe morali, non naturali. Nam ſi fiducia ſeparari poſſit aut ſeparetur ab aſſenſu, tum aſſenſus hic non juſtificabit: Diaboli enim & qui in Spiritum S. peccant, Evangelio tanquam vero adſentiuntur, & tamen non juſtificantur, quia videlicet quod in Evangelio offertur,

tanquam bonum ad ſe pertinens non apprehendunt. Qui inter Pontificios fuere eruditiores, id ipſum agnoverunt; ita enim ſcribit Alfonſus Toſtatus in cap. IX Matth. qu. 8. Dicendum quid non eſt.

IX. Ad XIII & XIV. Fidem, utpote juſtificationis à parte hominis, cauſam, præcedere oportet juſtificationem, ſi non tempore, tamen natura. Qui itaque primùm juſtificatur, non credit, remiſſa ſibi eſſe peccata, ſed per DEI gratiam, Chriſtique meritum remitti, nec quicquam remiſſioni à parte DEI Chriſtique obſtare, modo conditio vel cauſſa, quam à ſuamet ipſius parte adeſſe oportet, non deſit. Benè Petrus Chryſologus Sermone I in Symbolum: *Ipſe ſibi donat veniam, qui ſibi peccata per Chriſtum remitti poſſe confidit.* Intellectus autem reflectitur ſupra ſuos & etiam voluntatis actus, ut qui aſſentitur & confidit, ſciat ſe aſſentiri & confidere. *Credere fit mente*, ait S. Auguſtinus, *& videtur mente, quoniam menti noſtræ fides noſtra conſpicua eſt.* Hinc itaque in promtu eſt colligere; Qui credit Deum eſſe miſericordem & filium Dei pro nobis eſſe mortuum, & in hac DEI miſericordia meritoque Chriſti fiduciam collocat, ille habet remiſſionem peccatorum: Sed ego: Ergo. Interim largimur, Minoris non parem apud omnes eſſe certitudinem, cui plurimũ obſtare videtur in animis hominum nonnullorum, quod quaſi indomitam nimiamque in peccata propenſionem experiuntur, & uti oporteret excutere nondum poſſunt. Danda vero eſt opera, ut excutiatur, ne fiduciæ obſtet, eamve imminuat. Fides tamen, quamvis infirma & imbecillis, fides nihilominus eſt, & orandus eſt DEUS, ut remotis obſtaculis & impedimentis, imbecillem in robuſtam commutet. *Spiritus* itaque *conteſtatur ſpiritui noſtro, nos eſſe filios*

lios Dei, Rom. IIX, 16. Et *qui credit in filium Dei, habet teſtimonium in ſemet ipſo: Et hoc eſt teſtimonium, quod vitam æternam dedit nobis Deus*, 1 Johan. VI, 20. Nempè certitudo pro præſente tempore & ſtatu parit tranquillitatem animi, & pacem Chriſtiano pectore dignam, arcetque anxietatem & deſperationem; par autem certitudo negata reſpectu futuri (DEUS enim nos prior non deſeret, ſed nos DEUM deſerere poſſumus) abigit præſumtionem, ſuperbiam & ſecuritatem, & parit debitam ſollicitudinem, ut *cum timore & tremore noſtram ſalutem conficiamus*, Phil. II, 12; & *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*, 1 Cor. X, 12. Hinc igitur Auguſtinus lib. de Correptione & gratia, cap. XIII: *Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat? Id occultari opus eſt in hoc loco.* Et Lutherus in epiſtolâ ad Chriſtophorum Hoffmannum: *Mea ſententia eſt hæc, nos debere fidere gratiæ Dei, ſed manere, incertos de noſtra & aliorum futura perſeverantia ſeu prædeſtinatione, ut ille dicit, qui ſtat videat ne cadat.*

Utilitas hujus doctrinæ.

Et ſic expediuntur etiam Canones XV & XVI.

X. Ad XIIX. Præceptorum divinorum obſervatio, quatenus fidelibus ſub pacto Evangelico conſtitutis neceſſaria, ne amicitia Dei & ſalute ſuâ excidant, eatenus ipſis, præeunte & adjuvante divinâ gratiâ, eſt poſſibilis. Qualis vero ſecundum rigorem pacti legalis requiritur, & in ſtatu innocentiæ præſtari potuit, talis hodie à renatis præſtari non poteſt. Peccata certe venialia, juxta ipſorum Pontificiorum confeſſionem, & contra legem ſunt veri nominis peccata, à renatis tamen evitari nequeuntur: à quibus nihilominus *omnia mandata implentur, quando*

quicquid non impletur ignoſcitur, ut loquitur Auguſtinus libro 1 Retract. cap. 19.

XI. Ad Can. XX. Homo adultus, ſi poſt acceptam remisſionem peccatorum nolit dare operam obſervationi mandatorum divinorum, ſed ea per contumaciam ſciens & volens violet, gratia excidit & ſervari non poteſt.

XII. Ad Can. XXI. Chriſtus eatenus poteſt dici legem tuliſſe, quod juxta voluntatem Patris juſſerit omnes, adjuncta promisſione æternæ ſalutis, & comminatione æternæ mortis, Evangelio & in ſe credere, credentes item baptiſmum ſuſcipere, & in ſuæ mortis commemorationem Euchariſtiam uſurpare, denique mutuiter diligere. *Hoc eſt*, inquit, *mandatum meum, ut diligatis alij alios ſicut dilexi vos*, Joh. xv, 12. Et mox verſu 14. *Vos amici mei eritis, ſi feceritis, quæcunque ego mando vobis.* Quando igitur alij aliorum opera portant, ita complent legem Chriſti, Galat. vi, 2.

XIII. Ad Can. XXIV. Juſtitia inhærens augeri poteſt, ſed ea non eſt formaliter illa ipſa juſtitia, per quam fidelibus competit jus capeſſendæ hereditatis cœleſtis.

XIV. Ad Can. XXV. Operi bono poteſt aliquando adhærere peccatum actuale veniale, poteſt etiam aliquando abeſſe. Thomas in iv Diſt. 12, q. 12, a. 2: *Non eſt inconveniens, quod aliqua hora ſit homo abſque omni peccato veniali, quamvis homo diu durare non potuit propter difficultatem vitandi omnia peccata venialia: ipſum autem opus bonum in ſe ſpectatum, nec veniale nec morale eſt peccatum.*

XV. Ad Can. XXIIX. Amiſſa per peccata gratiâ, neceſſariò amittitur Fides infuſa, quæ à divinâ gratiâ ita pendet, ut eâ remotâ ipſam quoque intercidere oporteat.

Remanere nihilominus poteſt fides acquiſita, & homo ab hac Chriſtianus appellari.

XVI. Ad Can. XXIX. Qui lapſus eſt, ſine pœnitentia non poteſt in integrum reſtitui, poteſt tamen ſine illâ pœnitentia quam ſacramentum vocant, i. e. ſine auriculari confesſione & impoſita ſatisfactione.

XVII. Ad Can. XXX. Peccatum remitti ex ipſa rei natura nihil aliud eſt, quam reatum, i. e. obligationem ad ſubeundam pœnam tolli. Remiſſo itaque peccato, nulla reſidua eſt pœna propriè ſit dicta, nec ullum eſt purgatorium, quod quum à veteribus nonnullis & ab Auguſtino inſtar opinionis admiſſum fuerit, nunc ſub anathemate definire, nimiæ eſt temeritatis.

XIIX. Canonibus XXV & XXVI agitur de merito bonorum operum. *Mereri* Tertulliano, Cypriano & cæteris deinceps ſcriptoribus idem quod conſequi. Meritum igitur hoc ſenſu eſt medium, quo à noſtra parte adhibito aliquid conſequimur. Hoc lato ſignificatu eſt aliquod meritum fidei & operum pietatis: nempe per fidem ſive interventu fidei conſequuntur fideles vitam æternam, & intervenientibus ſeu mediantibus pietatis operibus, dotes gloriæ, quæ in ea erunt. Fundamentum hujus conſequutionis poſitum eſt in gratuita DEI promiſſione, qui ſcilicet hujuſmodi præmia pollicitus fuit: non autem in dignitate vel æqualitate operis ad præmium. Nec Deus obligatur hominibus propter emolumentum, quod ex operibus humanis in Deum redundat, ſed propter ſuam promiſſionem. Hinc Bernhardus libro de Gratiâ & libero arbitrio: *Eſt quam Paulus expectat, corona juſtitiæ, ſed juſtitiæ Dei non ſuæ. Juſtum quippe eſt, ut reddat, quod debet; debet autem quia pollicitus eſt. Et hæc eſt juſtitia*

de qua præſumit Apoſtolus ; Promiſſio Dei. Præterea quicquid præſtare poteſt homo, ad id præſtandum aliàs obligatus eſt, quemadmodum ſervus ſeu mancipium hero ſuo. Fieri itaque non poteſt, ut hominis erga Deum ſit meritum aliquod propriè dictum & ſecundum juſtitiam acceptum, velut Deus homini aliter obligetur, quam in virtute liberæ & liberalis benignæque promiſſionis. Quod quum inter ipſos ſcholaſticos multi animadvertiſſent, meritum illud exploſerunt, nempe Liranus, Simon de Caſſia, Gregorius Ariminenſis, Durandus, Jacobus de alta Villa, Thomas Waldenſis, Petrus ab Alliaco, Johannes Gerſon, Marſilius ab Ingen, Hadrianus VI, Conradus Kœllin & fortè plures. Quin anno CIↃ CCC LIV. Guido quidam, qui ſententias Pariſiis interpretatus fuerat juxta ordinationem Domini Cancellarij Pariſienſis ac cæterorum magiſtrorum Reverendorum Theologicæ Facultatis, revocare coactus eſt, quod dixerat *homo meretur vitam æternam de condigno, i. e. quod ſi non daretur ei fieret ſibi injuria, & quod Deus faceret ſibi injuriam*, totam ait propoſitionem revoco tanquam falſam, hæreticam & blaſphemam. Revocatio hæc legitur in tractatu de Condemnationibus ac Revocationbus, qui in veteribus editionibus Magiſtro Sententiarum annecti ſolet.

XIX. Qui alia docuerunt ocioſi potius in umbra diſputarunt, nec ipſi ubi in rem præſentem itum, regnum cœlorum & valorem ſuorum meritorum in trutina juſtitiæ appenſorum Deum flagitare auſi ſunt, ſed potius agnitis peccatis ſuis agnitiſque omnibus meritis ad unicam DEI miſericordiam & Chriſti mortem ac meritum confugerunt. Teſtes ſunt omnes Agendæ Eccleſiaſticæ & Exhortatio, quæ Anshelmo tribuitur, Agendis ſive totidem

dem verbis ſive æquipollentibus inſeri ſolitæ: ibi morituri jubentur credere & profiteri, ſe non proprijs meritis, ſed paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtute ac merito ad gloriam pervenire. In Agenda Cracovienſi juſſu Epiſcopi Johannis de Conari edita Cracoviæ morituro præſcribitur hujuſmodi precatio; Domine, paradiſum tuum po- »
ſtulo, non ob valorem meritorum meorum, ſed in virtute »
& efficacia tuæ benedictæ paſſionis, per quam me miſe- »
rum redimere voluiſti, & mihi paradiſum precio tui ſan- »
guinis emere dignatus es. Ipſum mihi conferre feſtina, »
propter quem nec tuæ divitiæ nec potentia minuentur, »
nec ipſe paradiſus anguſtior aut minor efficietur. Amen. »
In Agenda Gneſnenſi, excuſa anno ſuperioris ſeculi XLIX: » pag. 38.
Interrogatur æger: Fateris te non ita vixiſſe in vita tua & »
ſtatu tuo, ſicut debueras? Deinde: Credis non aliter te »
poſſe ſalvari & vitam æternam ingredi, niſi per meritum »
paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti? Sequitur: Pone ergo »
totam ſpem & fiduciam tuam in eamdem acerbiſſimam »
paſſionem & mortem Chriſti, huic morti te totum com- »
mitte, nihil dubitans aut deſperans de miſericordia Dei: »
Paſſus enim & mortuus eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus »
pro te & pro omnibus nobis, ut nos omnes ſalvos faceret, »
& ipſe ſalvabit animam tuam. Amen. Porro ſacerdos an- »
tequam diſcedat ab infirmo, dicit: Committo te omni- »
potenti Deo — Et ſi quid tentationis aut deſperationis oc- »
currerit tibi, ingere & committe te cruci, paſſioni & vul- »
neribus Jeſu Chriſti: & hæc habe ante oculos cordis tui, »
ea mente firmiter teneto, nec deſperare debes, quia pro »
te mortuus eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus, & quia »
ubi ſuperabundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia. »

XX. Accedat denique Teſtamentum Cardinalis

Hoſij operibus ejus ſubjunctum, in quo inter cætera in
» hunc modum precatur: Confiteor tibi, pater, quòd gra-
» via ſunt peccata mea, quibus iram tuam promerui. —
» Quamobrem venio ad te, pater clementisſime, venio ad
» te nullis meis, ſed multis filij tui domini & redemtoris
» mei Jeſu Chriſti meritis onuſtus, qui quum præcioſa mor-
» te ſua non modo pro meis, verum etiam pro totius mun-
» di peccatis abundè tibi ſatisfecerit, hujus mortis meritum,
» in quo ſolo meam ſpem & fiduciam omnem habeo de-
» fixam, adfero ad te: Hæc eſt juſtitia mea, ſatisfactio mea,
» redemtio & propitiatio mea.

XXI. Simplicem hanc doctrinam cuivis ſalvando maximè neceſſariam primò Scholaſtici ocioſis & à praxi alienis quæſtionibus intricarunt; deinde Tridentini in eaſdem ſeſe diffuderunt, & quæ hactenus indifferenter habita, & in utramque partem diſputata fuerant, non modò determinarunt, ſed meliorem verioremque ſententiam, quod omnium deterrimum, anathemati ſubjecerunt, quemadmodum hîc anathema jubent eſſe eum, qui dixerit juſtificatum bonis operibus non verè mereri vitam æternam.

XXII. Canoni ultimo generalia complexo, generalia opponuntur.

XXIII. Obſervandum, aſperiores ſeu incommodas quaſdam B. Lutheri loquutiones in hac ſeſſione à Tridentinis arripi, & anathemate notari, à Chemnitio autem in examine expoſitas eſſe.

Ad

Ad Seſſionem VII DE SACRAMENTIS.

I.

AD I Can. Eſſe ſeptem Sacramenta à Chriſto inſtituta, nec plura nec pauciora, ſub anathemate definire, nimis temerarium eſt. Definitus enim ſacramentorum numerus nec Scriptura probari poteſt, nec conſenſu veterum. *Quod ſeptem ſint Sacramenta*, ait Vazquez, *patrum teſtimoniis confirmare ſupervacaneum eſt, quia nullus de eorum numero quicquam ſpeciatim definivit.*

II. Quomodo differant ſacramenta V. & N. T. quæſtio eſt minimè neceſſaria. Nos id agamus ut Sacramenta noſtra i. e. quæ ſub N. T. celebrari oportet, rectè & ſecundum Chriſti inſtitutum & cum ſpirituali fructu & profectu noſtro celebremus & peragamus.

III. Ad IV. De ſola Fide dictum eſt antea.

IV. Ad V. Propter nutriendam & firmandam fidem Sacramenta inſtituta eſſe, negari non debet, quamvis etiam alios habeant fructus & effectus.

V. Ad VI. Sacramenta ſpiritualem effectum ſignis & actionibus externis congruum ſeu analogum habere, conceditur.

VI. Ad VII. Ex opere operato, ſi accipiatur ita, ut ſit idem quod interventu & virtute operis juxta Chriſti inſtitutionem peracti, tum verum eſt, ſacramenta hoc modo habere quendam ſibi proprium & immediate unitum ſupernaturalem effectum. v. g. ſi infans juxta Chriſti

inſti-

inſtitutionem baptizetur, regeneratur, in filium Dei adoptatur, & membrum fit Eccleſiæ Chriſti, etiamſi, qui baptizat, qui offerunt & adſtant, improbi ſint & ſine devotione & pietate. Pari ratione ſi S. Euchariſtiam improbus Presbyter adminiſtret, hypocrita accipiat, hic tamen corpus domini manducat & ſanguinem bibit. Hoc ipſum eſt quod dicitur in Auguſtana confeſſione Art. IIX: *Sacramenta propter ordinationem & mandatum Chriſti ſunt efficacia, etiamſi per malos adhibeantur.* Nemini tamen adulto fide & pietate, & internis animi in Deum motibus, deſtituto, ulteriora gratiæ dona conferunt. Eſt quidem phraſis, *ex opere operato*, valde exoſa, ſed ſi exponatur, ut ſit idem, quod ex vi operis juxta Chriſti inſtitutionem & mandatum peracti, tolerari poteſt.

VII. Ad IX. De Charactere rectè dicit Gabriel Biel: *Characterem eſſe ponendum, nec ratio neceſſaria demonſtrat, nec evidens autoritas probat.* Item: *Omnia de charactere dicta, pro magna parte voluntaria ſunt & modica ratione fulcita.* Characterem itaque anathemate definire, intolerabilis error eſt. Quod autem ſacramentum iterari non debeat, non ab impreſſo charactere, ſed à ratione divinæ inſtitutionis deducitur.

IIX. Ad X. Ordinariè & citra cauſam magnæ neceſſitatis nemo privatus id ſibi ſumere debet, ut vel publicè doceat, vel ſacramentum adminiſtret.

IX. Ad XI. Intentio quidem quo ad actum externum præſtandum requiritur, ſed dum à miniſtro is ipſe peragitur, & per circumſtantias à numero vulgarium actuum eximitur, & ad ſacrum determinatur, intentionem ad ipſum externum actum relatam ſubtrahi, impoſſibile eſt.

X. Ad

X. Ad XIII. Ritus Pontificij præſertim in Baptiſmo, ſi non aliter, ad minimum ſuâ multitudine exorbitant: Tot enim ritus ſuperadditi, ipſum divinum & ſacramento eſſentialem ritum quodammodo obruunt & obſcurant, & ab eo unicè conſiderando & obſervando animos abducunt.

DE BAPTISMO.

I.

AD Can. I. Anathemate ferire illos, qui dixerint, Baptiſma Johannis habuiſſe eandem vim, cum Baptiſmo Chriſti, (quum ſit quæſtio valde dubia & omnis uſus expers;) intolerabile eſt.

II. Ad III. Eccleſiam Romanam eſſe omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram, falſum eſt. De cætero canon admodum generalis eſt.

III. Ad VII. Servator in cœlos aſcenſurus dixit Apoſtolis: *Docete baptizatos ſervare omnia quæ mandavi vobis.* Baptizati itaque *debitores ſunt, non carni, ut ſecundum carnem vivant, ſed Spiritui. Nam ſi ſecundum carnem vixerint, morientur.* Et, *Conſepulti ſumus Chriſto per Baptiſmum in mortem, ut ſicut ſuſcitatus Chriſtus eſt ex mortuis in gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.*

IV. Baptizatus tenetur ſervare præcepta Eccleſiæ, in quâ vivit, ne videlicet ea violet, vel ex contemtu ſuperiorum, vel cum ſcandalo proximi.

V. Ad IX. De votis Confeſſio Wittenbergica Tridentinæ Synodo oblata rectè; *Non eſt dubium quin*

vota pia, juſta & legitima ſint ſervanda, ac ſolvenda, & vota impia ſint reſcindenda.

VI. Ad X. Ut peccata gravia ac mortalia, contra conſcientiam poſt baptiſmum commiſſa remittantur, opus eſt pœnitentia.

VII. Ad XIII. De fide infantum bene Martinus Chemnitius ad hunc ipſum Canonem: *Quando dicimus infantes credere aut fidem habere, non eſt imaginandum, infantes intelligere aut ſentire motum fidei, ſed rejicitur error eorum, qui imaginantur, infantes baptizatos placere Deo, & ſalvos fieri ſine aliqua actione S. Spiritus in eis. — Quum ergo certum ſit infantes baptizatos eſſe membra eccleſiæ & placere Deo, certum & hoc eſt, Sp. S. in ijs efficacem eſſe, & quidem ita efficacem, ut regnum cœlorum h. e. gratiam Dei & remiſſionem peccatorum accipere poſſint. — Ergo oportet Sp. Sanctum in infantibus qui baptizantur efficacem eſſe & operari, ut regnum Dei quod in baptiſmo offertur & donatur, accipere poſſint, ſuo quodam modo nec ſatis cognito nec explicabili.*

IIX. Ad XIV. Pueros adultiores priuſquam ad S. Euchariſtiæ uſum admittantur, publicè Chriſtianam fidem profiteri, & in ea confirmari, adhibitâ etiam, ſi ita videtur, manuum impoſitione, nec indecorum nec inutile fuerit, non tamen prorſus neceſſarium.

DE CONFIRMATIONE.

TRibus capitibus de Confirmatione opponimus: Chriſtum inſtituiſſe pro baptizatis Sacramentum, cujus miniſtrum voluerit eſſe Epiſcopum &c. Amen: Id nec

nec ex Scriptura nec ex antiquitatis conſenſu probari poſſe.

Quin Eugenius IV Inſtructione Armeniorum docet, Apoſtolos per manuum impoſitionem Sp. S. dediſſe, *loco autem*, inquit, *illius manus impoſitionis datur in Eccleſia Confirmatio.* Si eſſet Sacramentum à Chriſto inſtitutum, impoſitio manuum in ritus illos planè diverſos commutari nulla humanâ vel Eccleſiaſticâ poteſtate potuiſſet. Adde apud Græcos ritum prorſus eſſe alium. Formulâ utuntur: Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, Ἀμήν: *Signaculum doni Sp. Sancti, amen.*

E ritu variabili Sacramentum à Chriſto inſtitutum facere, & ſub anathemate definire, intolerabilis error eſt.

Ad Seſſionem XIII, quæ tertia ſub Julio Tertio,

DE SACRA EUCHARISTIA.

Quoniam doctrina capitulorum in canonibus repetitur, ad hos tantùm nunc reſpiciemus.

I.

AD Can. I. Corpus Chriſti quod in S. Euchariſtia manducatur, non inanime eſt, ſed animatum, idemque Deitati perſonaliter unitum. Hactenus itaque ſine anima & ſine Deitate non adeſſe conceditur.

II. Ad II. Totam ſubſtantiam panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem converti, & accidentia ſine ſubjecto remanere, non poteſt è verbis inſtitutionis evinci. Rejicitur itaque iſta Tranſſubſtantiatio, tùm quia à vero aliena, tum quia pediſſequas trahit alios errores, v. g. quod Euchariſtia ſit ſacramentum permanens, quod adoratio ad hoſtiam dirigi debeat.

III. Quando in hâc ſacrâ actione panis editur aut quæcunque pars panis benedicti, editur etiam corpus Domini.

IV. Ad IV. Præſentia extra uſum Tranſſubſtantiationi inædificatur, & propterea hac ruente, ipſa quoque corruit.

V. Ad V. Finem proximum S. Euchariſtiæ, eſſe ut mors Domini nobis in memoriam efficaciter revocetur & commemoretur, ex ipſius Domini & S. Pauli verbis certum eſt. Seria & viva hujuſmodi recordatio præterquam quod fidem firmat, alios quoque effectus parere poterit.

VI. Ad VI. Chriſtum qui in Euchariſtiâ exhibetur, in ſpiritu & veritate adorandum nemo negat. At adorationem ad aliquod ſenſibile, tanquam ſub eo permanenter Chriſtus eſſet, dirigi, error eſt ex tranſſubſtantiatione natus. Qui ita adorant, non intendunt quidem adorare, niſi Chriſtum, ſed ab indicibus, qui panem tanquam Chriſtum oſtentant, decipiuntur; ſicut quum in terris ageret Chriſtus, ſi aliquis eum de facie ſibi ignotum adorare cupidus ab indice deceptus fuiſſet, & in vicem Chriſti Petrum adoraſſet. In hujuſmodi autem adorationem nemo, cui conſtat, non niſi panem adeſſe, conſentire ſalvâ conſcientiâ & ſine crimine idololatriæ poteſt. Porrò ut panis

con-

conſecratus circumgeſtetur, nec inſtitutioni congruum eſt, nec praxi antiquitatis. Quatenus autem ad cultum latriæ exhibendum circumfertur, id prorſus rejicitur.

VII. Ad VII. Antiquitus Euchariſtiam in uſum ægrotorum in paucos dies reſervari ſolitam fuiſſe conceditur. Rectius tamen fuerit & inſtitutioni magis congruum, apud ægrum in aliquo cœtu, quamvis exiguo, eam celebrari.

IIX. Ad IX. Dies & hora & locus celebrandæ Euchariſtiæ ab Eccleſia conſtitui poteſt: Etiam hoc, ut quiſque Chriſtianus minimùm ſemel in anno (ſatis quidem parcè, Chriſtiano magis dignum ut frequentius) eâ utatur.

IX. Ad X. Presbyterum celebrantē ipſum ſumere, quod alijs porrigit, non quidem admodum improbatur, convenientius tamen, ſi alterius miniſterium interveniat.

X. Ad XI. Fides ita hîc requiritur, ut tamen propoſitum à peccatis abſtinendi, & piè vivendi non excludatur: requiritur, inquam, fides efficax & viva, non otioſa & mortua. Confeſſio presbytero facienda, ad impetrandam peccatorum veniam, non eſt abſolutè neceſſaria.

Ad Seſſ. XIV, quæ fuit quarta ſub Julio III,

DE POENITENTIA.

I.

DOctrinam de Pœnitentia maximè profectò Eccleſiæ neceſſariam, ſicut olim Pontifices & Pontificij ad poteſtatem ſuam in immenſum evehendam, & quæ-

ſtum faciendum detorſerunt; ita hîc Tridentini Scholaſticis quæſtionibus & tricis involvunt & obſcurant, quin alicubi corrumpunt, ne poteſtatis, quam hactenus uſurpaverunt, & quæſtus, cui adſueverunt, detrimentum patiantur.

II. Agitur autem de Pœnitentia, quæ poſt acceptum baptiſmum homini renato fideli, ſed peccatis nihilominus obnoxio, neceſſaria. Peccata fidelium vel ſunt graviora, per quæ adverſus conſcientiam commiſſa è ſtatu gratiæ & amicitiæ Dei excidunt; vel quotidiana, quæ venialia ſolent appellari, commiſſa non deliberatò & per contumaciam, ſed ex infirmitate, quæ in hac mortali vita ſemper eſt reſidua: Propter hæc peccata, quotidie, quemadmodum nos precari juſſit Servator noſter, dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra &c.* Hinc Auguſt. Enchiridio ſuo ad Laurentium cap. LXXI: *De quotidianis brevibus leviburſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio ſatisfacit.*

III. Graviora verò illa graviorem quoque & magis ſeriam pœnitentiam requirunt: Si ſint occulta, nihil obſtat, quin peccator pœnitens cum Deo ſolus, ut ita dicam, tranſigat, ſeu Deo reconcilietur, Eccleſiâ ſeu miniſtris Eccleſiæ nullis intervenientibus. Nempe quando de agnito ſuo delicto vel hoc potiſſimum nomine, quod Deum maximè offenderit, ſeriò dolet, idque deteſtatur & averſatur cum propoſito nunquam id iterum perpetrandi, tum amovetur illud impedimentum, quod hactenus obſtitit, quo minus Deo fidere, ſive in Deum vivâ fide ferri potuerit. Eſt Chriſtianus, & propterea etiamſi peccaverit, omni tamen fide, ſaltem acquiſita non deſtituitur. Peccatum cui hactenus inhæſit, facit quidem ut

careat

careat gratiâ inhabitante,& propterea non credat,quemadmodum oportebat credere, nec poſſit Deo, tanquam propitio, fidere: ubi autem excitatus divinâ gratiâ peccatum incipit odiſſe & averſari, removetur illud obſtaculum & virtute ejuſdem gratiæ per Evangelium ejuſque promiſſiones denuo apprehenſas redit vera & viva fides, quæ jacentem rurſus erigit, & de impetrandâ per Chriſti meritum à patre miſericordiarum peccati veniâ certum reddit. Sic igitur in priſtinum ſtatum reſtituitur, & novam vitam denuo vivere incipit.

IV. Ejuſmodi peccatori non quidem abſolutè neceſſarium, utile tamen fuerit, ſi conditionem ſuam, & quid eum angat, miniſtro Evangelij indicet: Qui ſi deprehenderit, eum ſeriò dolere, peccatum deteſtari, & propoſitum in poſterum abſtinendi habere, fide autem Evangelicas promiſſiones apprehendere & propter Chriſti meritum veniam ſibi promittere, poteſt generalem evangelij doctrinam de quibuſvis verè pœnitentibus & credentibus veniæ participibus & damnatione eripiendis, huic individuo applicare, & impetratam à Deo peccati remiſſionem annunciare & confirmare. Aliud quod attinet remiſſionem peccatorum, prout ab ipſo Deo, ſive in foro, ut ita dicam, divino, impetrat, & obtinetur, miniſter præſtare non poteſt, ſicut non modò priſci doctores, ſed ipſe etiam Magiſter Sententiarum & multi ſcholaſtici agnoverunt.

V. Sortitur autem peccator quadruplex forum, ut ita liceat loqui, præſertim ſi peccatum non fuerit occultum, ſed publicè notum & manifeſtum: Reconciliari enim debet Deo, in quem peccavit, qua de re jam fuit dictum: item Magiſtratui & Reipub. quam & ipſam offendit: tum

tum Eccleſiæ in quam redundavit ſcandalum & opprobrium, inde quod quidam Eccleſiæ civis ſe ita male geſſerit: denique privato, ſi forte peccato ſuo privatum læſit aut injuriâ affecit. Accedit quod cum eccleſia ad priſtinam cum fidelibus communionem admittere non debeat, niſi prius conſtet de vera ejus pœnitentia, quam proinde certis & ſerijs indicijs ut comprobatam det, neceſſe eſt. Hinc ſatisfactiones Canonicæ: *ſatisfacere* autem ex antiquo latinè loquendi uſu eſt *deprecari*. Sic Alcumena apud Plautum:

Amphitr. Act. III, Sc. II.

— — — quin ego illam aut deſeram
Aut ſatisfaciat mihi, atque adjuret inſuper
Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem contulit.

Suetonius in J. Cæſare cap. LXXIII: *Catullum ſatisfacientem eâ die adhibuit cœnæ.* Parili ſenſu ſcriptores eccleſiaſtici. Cyprianus de unitate Eccleſiæ, cap. XVII: *Lapſi Deum plenis ſatisfactionibus deprecantur.* Lactantius lib. VI. Inſtit. cap. ult. *Si quid mali evenerit, ſatisfaciat, & id ſibi ob peccata ſua fateatur eveniſſe.* Satisfacere igitur erat deprecari, peccatum agnoſcere & fateri, & conceptum animi ex commiſſo facinore dolorem, externis luctus & ſubmiſſionis ſignis teſtari. Talia per aliquantum tempus continuata requirebat à notorio & ſcandaloſo peccatore Eccleſia, priuſquam eum reconciliaret, & priſtinæ fidelium communioni reſtitueret: ſi tamen animus verè pœnitens & Chriſto fide innixus, non putandum eſt internam cum Deo reconciliationem eò uſque dilatam fuiſſe, donec explerentur ſatisfactiones illæ Canonicæ, & per impoſitionem manus perficeretur pœnitentis cum Eccleſiâ reconciliatio & communionis reſtitutio.

VI. Eſt autem hîc obſervandum, duplicem fuiſſe com-

communionis privationem ſive excommunicationem: Unam pœnalem vel abſolutam, adverſus contumaces, qui ne quidem ſemel atque iterum moniti à notoriis criminibus abſtinere, reſipiſcere vel veniam petere vellent, exerceri ſolitam, & anathema propriè dictam: Alteram Medicinalem, ſive, ſi ita loqui liceat, Pœnitentialem, quæ videlicet pœnitentibus, ac veniam & reconciliationem petentibus ac deſiderantibus imponebatur. In utraque ſive impoſitâ ſive remotâ poſitus eſt legitimus uſus clavium ad ligandum & ſolvendum; quodque ita in terris ſive in Eccleſia agitur, ligatur vel ſolvitur, hoc Deus probat & ratum habet in cœlo. Sicut autem Eccleſia ſatisfactiones Canonicas imponere & tempus exantlandis præfigere potuit, ita quoque animadverſâ pœnitentis ſeriâ converſione, & ſincerâ devotione, vel aliâ ad rem faciente circumſtantiâ remittere & relaxare. Hæc antiquitus erat Indulgentia.

VII. Diximus peccatorem pœnitentem quadruplex ſortiri forum, Divinum, Politicum, Eccleſiaſticum & Privatum, ut ſcilicet etiam cum privato, quem forte injuriâ affecit, tranſigat. Quod autem in uno horum agitur vel tranſigitur, alteri non præjudicat, nec facultatem jus ſuum proſequendi adimit: v. g. privatus condonavit injuriam ſibi factam, cædem puta fratris vel cognati. Hoc non obſtante integrum tùm eſt Eccleſiæ ſatisfactionem, tùm reipub. pœnam exigere. Quin etſi cum Deo per veram pœnitentiam ſit tranſactum, Reſp. tamen non tenetur condonare mulctam ſibi debitam, nec Eccleſia ſatisfactionem canonicam. Sic abſolutus in foro Eccleſiaſtico nihilominus obligatur ad ſubeundam pœnam à repub. inflictam, & vice verſa qui magiſtratui Politico

ſatisfacit mulctâ, vel carcere, hoc ipſo non reconciliatus eſt Eccleſiæ.

IIX. Porro remittere culpam vel peccatum nihil aliud eſt, quàm pœnam peccato debitam condonare. Facinus, ut homicidium, adulterium, furtum, eſt perpetratum, nec fieri poteſt, ut perpetratum non ſit; nec ipſum ſecundum eſſe ſuum ſupereſt in rerum natura. Cæterum qui perpetravit reus eſt ſive obligatus ad ſubeundam pœnam. Tale itaque peccatum, crimen vel facinus remitti, nihil aliud eſt, quàm illam obligationem tolli, & pœnam, quæ exigi jure poſſit, condonari. Non poteſt igitur remiſſio pœnæ ſeparari à remiſſione culpæ, nempe ut remiſsâ culpâ reſervetur luenda pœna. Loquimur autem de pœnâ propriè dictâ, vindicativâ ſcilicet, quæ per actum juſtitiæ infligatur. Nam remiſsâ pœnâ propriè dictâ, nihilominus Deus ſuis fidelibus benignâ & paternâ providentiâ immittit afflictiones, ad eos caſtigandos, probandos, cautiores reddendos & à peccatis deterrendos. *Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat autem quemcumque filium agnoſcit. Si caſtigationem ſuſtinetis, Deus ſeſe vobis exhibet, ut filijs. Quis enim eſt filius, quem non caſtigat pater?* Hebr. XII, 6 & 7. Hujuſmodi afflictiones, non vindicativæ, ſed medicinales, correctionis & præſervationis vel etiam probationes ergo divinitus immiſſæ non ſubſunt clavibus aut poteſtati eccleſiaſticæ, ut per eam ejúſve indulgentias tolli vel relaxari poſſint. Nec ad eas ſive avertendas ſive mitigandas aliud quidquam conferre poteſt eccleſia vel ullus mortalium, quàm deprecationes, quas vetuſto vocabulo ſatisfactiones etiam appellari paullò antè monuimus, jejuniiſque & ſignis pœnitentiæ & doloris ſive acui ſive manifeſtari non negamus; & emendationem vitæ.

IX. Hiſce

IX. Hiſce ita expoſitis & perceptis facilè intelligi poteſt, quomodo Synodus Tridentina totam hanc doctrinam partim intricarit, partim depravarit, & opiniones tùm falſas tùm incertas & merè ſcholaſticas ſub anathemate definierit.

Nempe Canone I definit Pœnitentiam verè & propriè ſacramentum eſſe; quæ quæſtio non eſt niſi ſcholaſtica, ejuſque deciſio pendet à variâ, imò propemodum arbitrariâ vocabuli acceptione.

Canone III Presbyteris tribuit poteſtatem remittendi peccata, quoad ipſum forum divinum. Quod falſum eſt, & ad eminentiam ordinis Eccleſiaſtici augendam invectum.

Canone IV de materiâ pœnitentiæ ejuſque partibus (quæ doctrina iſtis terminis propoſita non niſi ſcholaſtica eſt) ſub anathemate definit. Mirum autem, quum forma ſit juxta Pontificios *Ego te abſolvo*, quomodo ad materiam pertineat, ejuſque pars eſſe poſſit ſatisfactio, quæ hodie formam, per quam aliàs res in ſuo completo eſſe conſtituitur, aliquo intervallo ſubſequitur. Olim ſatisfactiones canonicæ abſolutionem præcedebant, non ſequebantur.

Can. V Quomodo dolor de commiſſo peccato & Deo ad iram provocato ſit liber & voluntarius, quæſtio eſt Scholaſtica,

Canone VI Confeſſionem auricularem juris Divini eſſe, falſum.

Can. VII & IIX. Enumerationem omnium peccatorum itidem juris divini eſſe, falſum.

Can. IX Abſolutionem ſacerdotalem quò ad remiſſionem peccati còram Deo, ſive quo ad forum Divi-

num, eſſe actum judicialem, falſum. Hanc remiſſionem ab intentione Sacerdotis feriò vel joco agentis pendére, itidem falſum.

Can. X. Ligare & ſolvere per excommunicationes & ſatisfactiones canonicas vel impoſitas vel relaxatas, maximè ad Eccleſiæ Præſides pertinet. Olim tamen conſenſus etiam populi Chriſtiani requirebatur. Cyprianus epiſtolâ LV. *Vix plebi perſvadeo, imò extorqueo, ut tales patiantur admitti.*

Can. XI. Epiſcopos vel ſuperiores ſancire poſſe, ut abſque ſuo ſcitu & conſilio inferiores & imperitiores parochi in caſibus gravioribus nihil conſtituant, ne excommunicationum & ſatisfactionum canonicarum abuſus irrepat, conceditur. Tales autem caſus è provincijs ubi contigerunt, Romam evocari, intolerabile olim judicarunt patres Africani in Concilio, cui interfuit Auguſtinus.

Can. XII, XIII & XIV. Remiſsâ culpâ remanere pœnam vindicativam à divinâ juſtitiâ infligendam, & pro eâ divinæ juſtitiæ per actiones humanas ſatisfieri, vel peccata redimi poſſe, falſum eſt.

Can. XV. Virtute clavium ſive poteſtate eccleſiaſticâ in foro Divino remitti culpam & pœnam æternam, temporalem verò, quæ ſit pœna propriè dicta & vindicativa, exſolvendam remanere, & in opera, quæ pœnalia vocant, converti poſſe, commentum eſt. Et hæc tamen omnia ſub anathemate definit Concilium Tridentinum, ſive ut ipſum loquitur, *aſſerentes contrarium perpetuò damnat & anathematizat.*

DE

DE EXTREMA UNCTIONE.

UNctio, cujus mentio fit Marci VI, 13 & Jacob. V, 14, quamdiu donum miraculoſæ ſanitatis in eccleſiâ viguit, intervenientibus ſerijs & ardentibus precibus, effectum habuit depulſionem morbi & recuperationem priſtinæ valetudinis. Nempe accerſiti presbyteri ægrum de peccatis, propter quæ caſtiganda ſæpe à Deo morbi immittuntur, commonebant, & ad emendationem ſeriò meditandam incitabant, Deum ardenter pro eo deprecabantur, & adhibitâ unctione morbum aliquando depellebant. Hortatur igitur ægros Apoſtolus Jacobus, ut presbyteros accerſant: eſſe enim ſpem non vanam, fore ut eorum operâ, precibus, monitis, ſanitati tum corporis tum animæ reſtituantur. Leguntur apud Tertullianum & Hieronymum procuratæ per ejuſmodi unctionem ſanitatis exempla. Deficiente curationis dono manſit ritus ungendi, quamvis ſine effectu. Pontificij itaque, quum ſanitatem non poſſent, effectum adſignarunt abſterſionem reliquiarum peccati. Recuperandæ tamen ſanitatis & non abſtergendorum peccatorum ergo, primitus adhibitum fuiſſe, vel hoc indicium eſt, quod hodie apud ipſos Pontificios extremo ſupplicio afficiendi non unguntur. Si unctio ad abſtergenda peccata faciat, quis magis indigeat quàm illi? Sin ad valetudinem, illis conferre ridiculum fuerit. Juxta veteres nonnullas Agendas ungitur membrum, quod maximè dolet. Quinque igitur Synodi Tridentinæ de extremâ unctione anathematibus oppo-

 nimus

nimus hanc theſin: Falſum eſt Chriſtum pro moribundis ad delendas reliquias peccatorum inſtituiſſe ſacramentum verè & propriè dictum, cujus *Miniſter* ſit presbyter, *Materia remota* oleum olivæ ab Epiſcopo benedictum; *proxima* inunctio oculorum, aurium, narium, labiorum, manuum, pedum: *Forma* verò; Per iſtam unctionem & piiſſimam miſericordiam ſuam indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, per auditum, per odoratum, per guſtum, per tactum, per inceſſum pedum, Amen.

Seſſionibus XV, XVI, XVII, XIIX, XIX, XX, nullum dogma tractatum fuit.

Seſſione XXI (quæ fuit V ſub Pio IV, habita poſt reſtaurationem Concilij die XVI Julij anno 1562,) Conatur Communionem ſub una defendere, negans à Chriſto præceptum eſſe, ut ſub utraque ſumatur, & more ſuo diſſentientibus anathema dicit. Advocat præterea in ſubſidium concomitantiam, quam vocant, & anathema jubet eſſe eum qui negaverit totum & integrum Chriſtum ſub una panis ſpecie ſumi. Ex rei quidem natura vivum corpus ſanguinem in concomitantiam trahit, ſed vice verſâ ſanguis non trahit corpus in concomitantiam. Quicquid autem de hac ipſa ſit, jubet Servator noſter in ſacramentó corpus ſumi ſeorſim ad modum cibi, & ſanguinem ſeorſim ad modum potus. Huic præcepto

non

non ſatisfit, quum ſumitur ſolus panis benedictus,& non ſumitur vinum. Quibus jam de Divino præcepto conſtat, & ex verbis Domini apud animum ſuum perſuaſi ſunt, nullo modo pati poterunt ſe induci ut communionem ſub unâ vel admittant vel probent. Præceptum Divinum cognitum conſcientiam obſtringit. At Tridentini eos qui præceptum divinum agnoverint, anathemate feriunt, *& conſuetudinem ſub alterâ ſpecie communicandi pro lege habendam decernunt, quam ſine Eccleſiæ autoritate mutari non liceat.* Conſuetudinem igitur & legem ſuam dum præcepto Chriſti opponunt, enormiter admodum exorbitant & ſchiſma ſtabiliunt, quin immedicabile reddunt. Quare tamen omnes, qui hactenus rem non adſequuti nec edocti ſub unâ communicaverint, damnandi non ſint, oſtenſum eſt Reſp. Moguntinis oppoſito, num. 25, ſeq.

Seſſione XXII, quæ fuit ſexta ſub Pio IV, Sancit Tridentina Synodus, Sacrificium Miſſæ quod vocant. Non eſt autem hic error minus intolerabilis quàm prior. Et quidem quum in S. Euchariſtiâ adſit qui pro nobis in arâ crucis ſemetipſum hoſtiam obtulit, ſi nihil aliud intelligatur, fuerit in Euchariſtiâ ſacrificium & quidem propitiatorium, materialiter ſcilicet; ſed ipſam formalem ſacrificij rationem in ſacrificandi actione poſitam, hic conſtituunt. Jam verò propter actiones & ritum, quo paſſio Domini ſuo modo adumbratur & commemoratur, poſſit Euchariſtia, vocabulo latius accepto,

ſacri-

ſacrificium dici. Sed commemoratio beneficij non eſt ſacrificium verè & propriè dictum, quemadmodum repræſentatio aliqua vel commemoratio prælij non eſt verè & propriè dictum prælium. Quoniam & cum peragitur Euchariſtia, Chriſtus pro nobis paſſus DEO Patri ab animo fideli per preces offertur, poterit etiam hoc reſpectu dici Chriſtus offerri. Sed ſi hæc oblatio ad eam quæ in cruce facta fuit, conferatur, toto genere diſcrepat & ſolo nomine convenit. At Tridentini ſtatuunt peragi ſacrificium verum & proprium, & quidem propitiatorium. Nempe juxta eos cap. 2, *unam eandemque hoſtiam idem nunc offert ſacerdotum miniſterio, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit, ſolâ offerendi ratione diversâ.* Quæro quæ ſit hæc diverſa offerendi ratio? Si eſſentialem dixerint, aut conceſſerint ſacrificium in Euchariſtiâ eſſentialiter & ſecundum ſpeciem differre à ſacrificio in cruce oblato, veritati appropinquabunt. Sed non concedunt niſi accidentalem diverſitatem poſitam in diſcrimine cruenti & incruenti, quod rem ipſam uti in ſe eſt, ſive veram propriamque ſacrificij rationem variare negant. Capiendo itaque ſacrificium formaliter & pro actione ſacrificandi docent ſacrificium presbyteri in altari & ſacrificium Chriſti in cruce non differre eſſentialiter ſed tantum accidentaliter, non ſpecie ſed ſaltem numero. Exſtructo igitur ad eum modum ſacrificio propitiatorio verè & propriè dicto, pergunt & ſacrificium à ſacerdote ſolo, victimam ſcil. verſare valido, peragi poſſe aſſerunt. Hinc Miſſæ ſolitariæ & ſine communicantibus, apud Pontificios multo frequentiores, quàm quibus communicantes interſint, ſæpè adeò ſolitariæ, ut præter ſacrificulum & miniſtrum puerum nemo compareat. Quas & inſtitutioni Chriſti benedictum panem & vinum diſtribu-

entis

entis, & praxi univerſæ antiquitatis ad milleſimum uſque annum Chriſtianum, & ipſi Romano canoni, diſtributionis & participationis olim uſitatæ manifeſtum indicium (verba ſunt: *Quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum corpus & ſanguinem filij tui ſumpſimus:* item, *proſint nobis Domine ſacramenta quæ ſumimus &c.*) facienti adverſari, nullum eſt dubium. Qui itaque rem capit & intelligit, illæsâ conſcientiâ nec ſacrificium propitiatorium formaliter acceptum proprieque dictum nec miſſam ſine communicantibus admittere vel probare poteſt. At Tridentini non admittentibus ſacrificium propriè dictum & propitiatorium, & per verba *Hoc facite &c.* Apoſtolos ſacerdotes inſtitutos & ejuſmodi ſacrificium offerre juſſos negantibus, & Miſſas ſolitarias ſive communione deſtitutas improbantibus anathema irrogant. Quo perſeverante, aut non mitigato vel abrogato, irreconciliabiles ſunt.

Seſſione XXIII, quæ fuit VII

ſub Pio IV, agitur de Ordinatione, quæ ut verè & propriè dictum ſacramentum ſub anathemate agnoſcenda proponitur. Non tamen additur quot & quæ ordinationes ſacramenta ſint. Nam quum ordinatio presbyteri ſive Sacerdotis differat ſpecie ab ordinatione Diaconi, & hujus ab ordinatione Subdiaconi, & ſic de reliquis minoribus ordinibus; inde efficietur, ſacramenta non tantùm ſeptem eſſe, ſed omnino plura. Sicut autem in Eccleſia ſacrificium pro actione ſacrificandi acceptum verum & proprium eſſe

volunt; ita quoque pari ratione ſacerdotium, quod ſi propriè & uti in V. T. capitur, officium eſt divinitus inſtitutum ad peragenda & celebranda ſacrificia propriè dicta. Quum autem N. Teſtamenti nullum ſit ſacrificium propriè dictum, niſi quod in arâ crucis Chriſtus obtulit, id ſecundum eſſe ſuum, vel ita ut idem ſpecie habeatur, repeti nequeat; inde efficitur nullum eſſe N. Teſtamenti ſacerdotem, vocabulo ſtrictè & propriè accepto, præter Chriſtum. Cæterum quum ſint complura in latiore ſignificatu ſacrificia, ad quæ offerenda Chriſtiani tenentur. Hinc in ſcriptura non quidem uſpiam presbyteri, ſed omnes Chriſtiani ſacerdotum titulo, itidem juxta latiorem ſignificatum inſigniuntur, ut patet ex 1 Pet. II, 5 & 9; Apoc. I, 6. Quoniam autem presbyteri ſub N. Teſtamento ἱερουργοῦσι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ut S. Paulus loquitur Rom. XV, 16, ſive Evangelio tanquam ſacro cuidam operantur, populo precanti in cœtu publico verba præeunt, imo *ad presbyterorum preces* (verba ſunt Hieronymi) *Chriſti corpus ſanguisque conficitur*, i. e. materia panis & vini propoſita, talis efficitur, ut ſumta ſit κοινωνία corporis & ſanguinis Chriſti, qualis non eſſet niſi presbyterorum benedictio, gratiarum actio & preces præcederent; Hinc factum ut priſci eccleſiaſtici, qui aliàs amarunt vocabula ſub V. T. uſurpata rebus in Novo uſitatis accommodare, presbyteros ſecundum analogiam aliquam appellarint ſacerdotes, quemadmodum etiam Diaconos Levitas vocare ſolent. Sed ut diximus, Tridentini, quemadmodum ſacrificium ita quoque ſacerdotium propriè dictum ſub anathemate ſanciunt; item ordinationem eſſe verè & propriè ſacramentum, perque eam vi operis peracti (ita enim accipi

cipi oportet) Spiritum S. dari; & differentiam inter Epiſcopos & presbyteros juris eſſe divini; & Epiſcopos qui autoritate Romani Pontificis adſumuntur (titulares intelligere videntur) legitimos & veros Epiſcopos eſſe, hæcque omnia adhibitis anathematibus; quæ ſi abeſſent, errores illi non omnino intolerabiles haberi poſſent. Intolerabile autem nunc eſt, omnes qui diverſa ſentiant, anathemata audire, & conſortio Chriſtianorum excludi. Hoc quoque notandum, Tridentinos, dum Canone VII ordines ab Epiſcopis collatos *ſine populi vel poteſtatis ſecularis conceſſu* ratos eſſe jubent, videri imminuere jura vocandi patronis & plebi Chriſtianæ competentia; & dum negant *legitimos verbi & ſacramentorum miniſtros eſſe, qui nec ab Eccleſia & Canonica poteſtate ritè ordinati nec miſſi ſunt*, videri paſtores & miniſtros Eccleſiarum proteſtantium rejicere & damnare.

Seſſione XXIV, quæ fuit

Octava ſub Pio IV, definiunt more ſuo ſub anathemate Matrimonium eſſe verè & propriè ſacramentum N. Teſtamenti, & proinde (virtute ſcil. actus ita facti) gratiam conferre; item Eccleſiam potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia alia quam in ſcripturis prodita. Item, propter alterius conjugum adulterium matrimonium non poſſe diſſolvi. Item clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonio recte prohiberi: item cauſas matrimonia-

les ad judices eccleſiaſticos, magiſtratu videlicet politico planè excluſo, ſpectare. Quæ quum omnia falſa ſint, & nihilominus anathemate feriantur, quicunque adſenſi non fuerint vel contradixerint, hoc ipſo quæ aliàs ferri fortè vel diſſimulari poſſent, intolerabilia reddiderunt.

Seſſione XXV & ultimâ

per biduum habita diebus III & IV Decemb. anno CIↃ IↃ LXIII, Tridentini patres tœdio tandem, ut videtur, affecti, rem præcipitant, & agendi ordinem immutant.

Purgatorium ajunt à ſe antehac ſtabilitum eſſe; nempè Canone XXX ſeſſionis VI ubi anathema crepant, à quo hic abſtinent. Inædificatur autem purgatorium pœnis temporalibus, à remiſſione culpæ & pœnæ æternæ virtute clavium eccleſiaſticarum ſeparatis. Nos autem negamus virtutem clavium ad remiſſionem & retentionem, quæ fiat coram ipſo Deo ſeu in foro divino, ſeſè extendere aliter, quam ut doctrina Evangelica ad ſingulares caſus & perſonas, ſive theſis ad hypotheſes, ut loqui ſolemus, transferatur, & ſecundum eam verè pœnitentibus remiſſio, inpœnitentibus retentio denuncietur & confirmetur. Negamus etiam remiſsâ culpâ remanere pœnam quandam propriè dictam & à juſtitia vindicativa infligendam. Negamus eccleſiaſticam aliquam poteſtatem ad inflictiones ſive probationis, ſive emendationis, ſive præſervationis

nisergò divinitus immiſſas, extendi vel in eas aliquid poſſe; aut eccleſiæ aliter eas avertendi & minuendi poteſtatem competere, quàm per deprecationem & emendationem. Eccleſia quidem virtute clavium ſibi creditarum privationem ſuæ communionis & ſatisfactiones canonicas quemadmodum imponere & aſtringere, ita quoque remittere poteſt & relaxare. Sed hæc nihil ad purgatorium. Quod proinde non niſi ſub dubio & opinionis inſtar ab Auguſtino propoſitum, & ab alijs veteribus ita, ut ſententijs admodum variarint, admiſſum fuit. Ex quo autem credi cœpit omnino eſſe purgatorium & Miſſam eſſe ſacrificium propriè dictum, quod ex ſe & opere operato (quicquid ſit de opere operantis) animabus in purgatorio prodeſſe & applicari poſſit: & omnium Miſſarum, diſciplinarum, abſtinentiarum, bonorumq; operum, quæ in ordinibus monaſticis fiant, participationem in vita pariter & in morte concedi poſſe: ex eo multiplicatæ ſunt non ſuperſtitiones minus quàm proventus monachorum & numerus Miſſarum ſolitariarum in immenſum auctus. Vetant quidem Tridentini *incerta, vel quæ ſpecie falſi laborant, evulgari ac tractari. Ea quoque, quæ ad curioſitatem quandam aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, prohibent.* Agnoſcunt igitur inter alia quæ apud ipſos de purgatorio, vel eo poſito fieri ſoleant, incerta & quæ ſpecie falſi laborent, item quæ ſuperſtitioſa & turpe lucrum ſapiant, occurrere. Quæ vero hæc ipſa ſint, non indicant, ut ex ejuſmodi indicio corrigi poſſint. Videntur igitur emendationem magis promittere & oſtentare, quàm cupere & præſtare.

A purgatorio tranſeunt ad Sanctorum invocationem, reliquias & imagines. A ſanctis tanquam autoribus

petere remiſſionem peccatorum, gratiam, vitam æternam, & ea quæ largiri ſolius DEI eſt, à crimine idololatriæ non eſt immune. Tales autem preces, quæ aliter, ut verba quidem jacent & ſonant, accipi nequeunt, & olim fuerunt, & hodiè ſuperſunt. Quas merito non ſaltem contortè exponere, ſed rejicere & penitus abolere pontificios oportet, ſi à diro illo crimine ejuſque ſuſpicione Eccleſiam ſuam liberari cupiant. Interceſſio ut à vivis ita quoque à mortuis peti utiliter poſſit, ſi quemadmodum illi ita hi quoque alloquutiones noſtras audirent & perciperent. Quod quum probatione deſtituatur, nec certum ſit, animas beatorum ſeparatas Deum videre, nec inde, etiamſi certum foret, colligi queat, eas in Deo cognoſcere & videre quicquid Deus cognoſcat, inde efficitur illud in Eccleſiâ Pontificiâ uſitatum ORA PRO NOBIS fructus & effectus expers eſſe. Nobis autem non indignabuntur ſi pro illo quod ipſi dicunt, S. Petre, S. Paule ora pro nobis, nos dicere malimus, Jeſu Chriſte fili DEI miſerere noſtri & apud patrem tuum cœleſtem pro nobis intercede. Nec negabunt certius eſſe hanc precationem exaudiri & effectum ſortiri quàm alteram qua ſanctorum animæ compellantur. Efferre eas ſecum memoriam ſuorum quibus in hac vita conjuncti fuerunt, & noviſſe quod adhuc in terris Eccleſia militet, & multis cum adverſitatibus conflictetur, id verò negare nolumus. Neque inficias imus, ea caritate pollere ut pro ijs quos amarunt, & pro eccleſia quam militare norunt, Deum velint precari. Sed quum caritate, qualem diximus, maximè flagrent, ſua ſponte id officium præſtabunt, ut noſtris monitis & colloquijs incitari nihil opus ſit. Quæ ſi vel maximè à

nobis

ɔis adhibeantur, ab ipſis tamen non percipiuntur, & ɔinde fruſtra inſtituuntur. (Obſerva obiter: Abſolit ab idololatria, morem invocandi Sanctos ab hac viiberatos, in id ut pro nobis orent. Lutherus in epiſtola Georgium Spalatinum & ad Erfordienſes, Oecolamlius in annot. ad Chryſoſtom. Grotius diſcuſſione Apoet. Rivet. pag. 105, in f.)

Reliquiarum & Imaginum eam rationem haberi s eſt, ne irreverenter & ignominiosè tractentur vel iciantur: cultus alius, qui poſitivus ſit, ijs non competit. ı inviſibilis viſibiles imagines formari, pravum eſt. Etiamero Chriſtus imagine exprimi queat, & per hanc conctam memoriâ Chriſti in animis hominum excitatâ, e apud imaginem adorari; qui tamen coram imagine ɔcubuerit, intuentibus ſcandalum & ſpeciem iconolac præbebit.

Subdunt denique non admodum multa de Indulıtijs. Indulgentias aliarum pœnarum Eccleſia concee non poteſt, nec olim conceſſit, quam quas ipſa in foro nitentiæ impoſuiſſet. Nihilominus Tridentini anathete damnant eos, qui quales hodiè in uſu ſunt, & non nonicas ſatisfactiones, ſed pœnas à Deo infligendas in purgatorio luendas concernunt, *aut inutiles eſſe aſſet, vel eas concedendi in eccleſia poteſtatem eſſe negant.* uſus, pravos quæſtus & corruptelas agnoſcunt quidem, non niſi generaliter attingunt. Jejunia in abſtinennon in delectu ciborum poſita & ab opinione meriti nunia probantur.

Atque

Atque ita jejuniorum ac feſtorum commendatione, concludunt Tridentini, nulla alia re magis horribiles quàm anathematibus in quoſvis diſſentientes evibratis. Quæ quamdiu valida cenſentur & Pontificij quoſcunque aliter ſentientes vi horum anathematum hæreticos & communione fidelium & nomine Chriſtianorum indignos reputant, fieri non poteſt ut inter partes ſperetur conciliatio.

F I N I S.

GEOR-

GEORGII CALIXTI CONSIDERATIO

DOCTRINÆ REFORMATORUM JUXTA DUCTUM CONFESSIONIS ANNO cIↃ IↃ c XLV IN COLLOQUIO THORUNIENSI OBLATÆ.

DE PECCATO.

PEccatum originis non tantùm in juſtitiæ nudâ carentiâ, ſed etiam in pravitate, ſeu pronitate ad malum conſiſtit. Hanc Num. v. pravitatem & pronitatem ita exiſtimo intelligi, ut ipſa pronitas ſive concupiſcentia, tamquam aliquid materiale, prava ſit propter adhærentem inordinationem ſive ἀνομίαν, tamquam formale, quod faciat eam eſſe peccatum, & propter quod etiam dicatur eſſe pravitas & pronitas ad malum. Pronitas ad caducum & vel utile vel delectabile bonum, modò eſſet ordinata, id eſt, non proclivis ad præſerendum talium rerum amorem pietati & dilectioni Deo debitæ, non foret peccatum. Licitum enim eſt & rectum,

D. Calixtus non docet: Peccatum Originis eſſe merè privativũ; ſed formaliter eſſe nõ niſi privationem.

amare patriam, parentes, uxorem, liberos; modò amor ſit ordinatus, id eſt, non magis amentur, quàm amari debent, nec recuſes amorem eorum miſſum facere, ſi cum pietate & dilectione, quam Deo debemus, ſimul conſiſtere nequeat. Privatio hujus ordinis vel rectitudinis facit eam pronitatem vel concupiſcentiam peccatum eſſe, ſive ſpectetur quoad actum primum, ſive quoad ſecundum. Pronitas igitur iſta eſt materiale: privatio rectitudinis, (qualis ſanè rectitudo & legitima ſubordinatio ante lapſum fuit, imputanda juſtitiæ originali) eſt formale. Quod ideo ſaltem monetur, ne quis ipſum peccati formale exiſtimet conſtitui in quodam poſitivo; & inde per conſequentiam eliciat, vel ipſum peccatum à Deo eſſe, vel dari vera & realia entia, quæ ad aliam primam cauſam, quàm ad Deum, referri oporteat.

DE GRATIA.

Num. IIX.

Electio facta ſecundum præſcientiam. Ergo non abſolutè.

DOctrinæ de Gratiâ inſeritur doctrina de gratuitâ electione. Numero IIX. dicitur, *electos nos eſſe non ex ullo præviſo fidei aut operum merito vel diſpoſitione, ſed ex merâ & indebitâ gratiâ.* Idem repetitur num. XVII. Non quidem electi ſumus ex præviſo fidei merito; electi tamen ſumus κατὰ πρόγνωσιν, ſecundum præſcientiam Dei Patris, 1. Pet. 1, 2: Rom. IIX, 29; XI, 2. Præſcientia igitur Dei ab æterno eligentis pro objecto habuit homines eligendos. Si terminata fuit ad homines ut homines, vel ut miſeros, iræque & damnationi obnoxios, tum omnes eligi oportuiſſet. Eligere autem eſt alios ab alijs ſegregare & ſeparare. Hoc quum factum ſit ſecundum præſcientiam, neceſſe eſt per præſcientiam præviſum vel præcognitum aliquid fuiſſe in nonnullis, ijs videlicet, qui electi ſunt, quod

in alijs non-fuerit deprehenſum. Alioquin enim ſecundum præſcientiam nulla electio vel ſeparatio fieri potuiſſet. *Nemo eligitur*, ait Auguſtinus, *niſi jam diſtans ab illo, qui rejicitur: unde quod dictum eſt, quia elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem, non video quomodo ſit dictum, niſi de præſcientiâ fidei & operum pietatis.* Ita ad Simplicianum juxta antiquam ſententiam ſcripſit ante ortum cum Pelagio certamen ipſe Auguſtinus. Quid enim ſit, ſecundum cujus præſcientiam facta fuerit ab æterno electio, dubitari vix poteſt. Nempe oportet idem eſſe, per quod à parte hominum reapſe in tempore poſitum & præſtitum finis & effectus æternæ electionis, ſive juſtificatio & hereditas cœleſtis obtinetur. Quod non eſt aliud, quam obſequium evangelio præſtitum, ſive fides vera & viva, quâ promiſſiones evangelicæ & meritum Chriſti apprehenduntur. Per quod enim homines in tempore diſcernuntur, ut alij ſint electi & heredes regni cœleſtis, alij non ſint; idem etiam fuerit objectum illius præſcientiæ, ſecundum quam in æternitate facta fuit eorundem hominum electio & ab alijs ſeparatio. Et implicat, aliud eſſe per quod à parte noſtrâ in tempore conſtituamur & reputemur electi; aliud verò ſecundum cujus præſcientiam in æternitate à Deo electi fuerimus. Cujus, inquam, interventu electi habemur & ſumus in tempore; idem in præſcientiâ poſitum facit, ut electi ſimus in æternitate. Sed fides &c. Ergo. In æternitate quidem eligit nos Deus ſine nobis, vel abſque aliquo actu per nos præſtito: atque adeo hîc non concurrimus niſi objectivè. Quales videlicet in tempore ſumus, puta fideles vel infideles, tales objicimur præſcientiæ divinæ in æternitate. Neque quidquam eſt novi vel inſoliti, nos æternæ Dei præſcientiæ objectum præbere. Imò quæcunque à nobis in tem-

Lib. 1. quæſt. 2.

Objectum præſcientiæ fides.

Homines tantum objectivè concurrunt in divinâ præ-

ſcientiâ ſine reſpectu meriti.

pore ſive minima ſive maxima aguntur, ea ſunt æternæ præſcientiæ objectum. Atque ita ad electionem, quæ in æternitate ſecundum præſcientiam peragitur, non concurrimus niſi objectivè. Sed ad juſtificationem, quæ in tempore fit, concurrimus etiam effectivè: nempe à noſtrâ parte fides, tanquam aliqua cauſa intervenit. Dicimur itaque juſtificari fide, ex fide, per fidem: quales loquutiones de electione non occurrunt.

Sicut autem in tempore fides in actu poſita non præjudicat gratuitæ juſtificationi, ita nec in æternitate fides præſcita gratuitæ electioni. Quamvis enim in juſtificatione fides à parte hominis concurrat ut aliqua cauſa, nihilominus quia tota pendet à Dei gratiâ, propterea etiam totum juſtificationis beneficium gratuitum eſt. Pari ratione quamvis electio facta ſit ſecundum præſcientiam, quæ objectum habeat homines Evangelio credituros, & in fide perſeveraturos: hæc tamen ipſa præſcita fides à gratiâ, quà initium, progreſſum & perſeverantiam pendet, & tamquam à gratiâ dependentem præſcientia intuetur. Fides itaque præſcita & ut objectum accepta non magis derogare poteſt gratuitæ electioni, quàm fides in actu poſita, & rationem cauſæ ſortita gratuitæ juſtificationi.

Fides Dei donũ gratuitum.

Interim fides eſt peculiare Dei donum, & ſimul eſt actus intellectus, quatenus eſt adſenſus; & voluntatis, quatenus eſt fiducia: & ab hiſce facultatibus homini naturalibus elicitur & prodit. Neque enim ijs apponitur tanquam ſaxis vel lignis. Quòd autem ab ijſdem ſibi relictis & efficaciâ ſupernaturali deſtitutis produci nequeant, res docet ipſa. Actus enim ſupernaturales, quales hi ſunt, à facultatibus intra naturæ limites ſubſiſtentibus non poſſunt effici. Evidens eſt argumentum: Quod è principijs

lumine

lumine naturæ notis non poteſt deduci & evinci, ei etiam ab intellectu non niſi naturalibus viribus ſive naturali intelligendi facultate inſtructo firmus & immotus adſenſus præberi non poteſt. At nullus fidei articulus peculiari divinâ revelatione patefactus è principijs lumine naturæ notis educi vel evinci poteſt. Ergo.

Sicut autem naturales intellectûs vires ſuperant & excedunt articuli fidei, quatenus ſunt verum ſupernaturale: ita quoque voluntatis, quatenus ſunt bonum ſupernaturale, id quod per fiduciam & ſpem & amorem, qui voluntatis actus ſunt, recumbere & inniti oportet. Pari ratione concupiſcentia, quæ in renatis quoque ſupereſt, pertinaciore fertur impetu, majoribus etiam objectorum varietate & illecebris, quibus dæmonum quoque hominibus inſidiantium accedunt aſtus, irritatur, quàm ut hæc omnia per vires naturæ ſibi relictas queant ſuperari; peccatum, ne dominetur eique auſcultetur, comprimi, caro cum affectibus & cupiditatibus crucifigi; atque adeo ſanctimonia, ſine quâ nemo videbit Dominum, præſtari; & corpora noſtra Deo hoſtia viva, ſancta, accepta ſiſti. Rectè itaque ſe habent capitula VI & VII ſynodi Arauſicanæ II, circa annum ſeculi ſexti trigeſimum reliquiis Pelagianorum oppoſitæ, quæ ſubjungimus. *Si quis ſine gratiâ Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri; non autem divinitus, ut credamus, velimus, vel hæc omnia ſicut oportet, agere valeamus, per infuſionem & inſpirationem S. Spiritûs in nobis fieri confitetur; aut humilitati aut obedientiæ humanæ ſubjungit gratiæ adjutorium: nec ut obedientes & humiles ſimus, ipſius gratiæ donum eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo dicenti: Quid habes, quod non accepiſti? &,*

Synod. Arauſicanæ cap. 6 & 7. explicatur.

Gratiâ Dei ſum id quod ſum. Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare ſicut expedit, aut eligere, ſive ſalutari, id eſt, Evangelizanti prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpiratione S. Spiritus, qui dat omnibus facultatem in conſentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: Sine me nihil poteſtis facere, & illud Apoſtoli: Numquid idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis? Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

Unde autem habeatur gratia illa tantopere neceſſaria, & quomodo operetur, his ipſis Arauſicanorum verbis haut obſcurè docetur. Ajunt nos abſque illuminatione & inſpiratione Spiritûs ſancti evangelizanti prædicationi non poſſe conſentire. Per iſtam illuminationem & inſpirationem intelligitur gratia, quocunque tandem nomine appelletur, præveniens, excitans, operans, cooperans. Conjungitur autem evangelizanti prædicationi. Nempe ordinariè (nam ſi præter communem ordinem Deo aliquando viſum fuerit operari, quis ei modum præſcribat?) gratia non datur, niſi quibus prædicatur Evangelium, atque adeo unà cum Evangelio, & per Evangelium. Hinc igitur Evangelium dicitur *potentia Dei ad ſalutem omni credenti*, id eſt, potens & efficax organum, per quod Deus credentium ſalutem operatur. Tale autem organum non eſſet, ſi adjunctam, additam vel inditam gratiam, quam diximus, non haberet. Pone enim Evangelio alicubi prædicato gratiam eam non conjungi, ſive per id & unà cum eo auditoribus non conferri; perinde fuerit, ac ſi non prædicaretur. Abſque eâ enim adſenſus, qualis requiritur, præberi non magis poteſt, quàm ſi prædicatum non eſſet. Hinc etiam miniſterium Evangelij dicitur *miniſterium Spiritus*, quia videlicet

Hinc gratia Dei præveniens excitans &c.

Per mediũ ordinariũ: prædicationem Evangelizantem

Rom. 1, 16.

Hæc habet inditam & conjunctã gratiam efficacẽ Dei.

2. Cor. 3, 8.

delicet cum Evangelio conjuncta eſt & datur gratia Spiritûs, ad præſtandum ea, quæ Euangelium ad ſalutem obtinendam præſcribit & requirit, neceſſaria. Lex, ut per ipſam ſalus habeatur, exigit perfectam & exactam ſui obſervationem & impletionem. Sed ad eam præſtandam vires non adfert vel largitur. Miniſterium Legis itaque miniſterium literæ & mortis appellatur, quòd lex tantùm ſit litera, ſive tantum præcipiat, & vires ad ſatisfaciendum non ſuppeditet. Sed miniſterium Evangelij eſt miniſterium Spiritûs, quia Evangelio gratia & virtus ſupernaturalis & ſpiritualis, quanta ad obſequium Evangelio præſtandum opus eſt, conjungitur.

Quomodo operetur hæc ipſa gratia ſive illuminatio & inſpiratio Spiritûs ſancti indicatur, quum dicitur quòd *det omnibus facultatem in conſentiendo & credendo veritati.* Facultatem dat, neceſſitatem non imponit. Non itaque determinat ad alteram contradictionis partem, nempe ad neceſſariò credendum. Nec enim operatur potentiâ abſolutâ ſed ordinariâ & juxta conditiones, quas ſibi ponere & admittere viſum fuit. Patitur itaque ſibi reſiſti, ſive actiones, quas incoavit, impediri, excuti & pleno effectu ſive eventu privari. Inde S. Stephanus ad Judæos: *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis & obnitimini; ſicut Patres veſtri, ita & vos.* Et ad eosdem S. Paulus: *Vos repellitis verbum Dei, & indignos vos decernitis æternâ vitâ.* Poſitâ igitur iſtâ facultate, quam Spiritus ſanctus Evangelio prædicato jungit, ſive per id ipſum impertit, homo liber redditur, & indifferenter ſe habet ad utramque contradictionis partem. Poteſt videlicet adſenſum & obſequium præſtare in virtute collatæ divinæ gratiæ, & per illam. Sed quia hæc ipſa non operatur per potentiam abſolutam, ſed patitur ſibi obſiſti, ſeque

Gratia Dei facultatem dat, non neceſſitat.

Act. 7, 51.

Act. 13, 46.

Hinc homo indifferenter ſe habet ad utramq; contradictionis partem.

ſeque repelli, inde eſt, quod ſi homo indolem ſuam ſequi & pravitati indulgere malit, poſſit adſenſum & obſequium denegare. Quod igitur auditor Evangelij adſenſum præbet, ſive actum hunc ſupernaturalem elicit, in totum acceptò ferendum eſt ſupernaturali gratiæ. Et quamvis intellectus & voluntas, utpote vitalia principia concurrant, concurrunt tamen non niſi in virtute hujus gratiæ, per eam videlicet præventa, excitata, mota; imò operantia & cooperantia. Quum igitur agatur de actu ſupernaturali, is uti magis cognatus, ita quoque magis imputandus eſt ſupernaturali cauſæ, nempe gratiæ, quàm naturali: nam hæc ipſa naturalis non elicit eum virtute naturali, ſed ſupernaturali, intrinſecus quidem operante, ſed extrinſecus adveniente. Quod igitur de Lydiâ, hoc de quovis præbente Evangelio adſenſum rectè dicitur: *Dominus adaperuit cor ejus.* Itidem rectè de quovis credente: *Quis te diſcernit? quid autem habes, quod non acceperis? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Breviter rem complectendo, *Quòd illuminatio ſancti Spiritûs à multis refutatur*, (verba ſunt auctoris libri de vocatione gentium) *ipſorum eſt nequitiæ; quod autem à multis recipitur, & gratiæ divinæ eſt, & voluntatis humanæ*, eo videlicet modo, quo fuit expoſitum, nempe à gratia præventæ, excitatæ, motæ. Idem alibi: *Gratia quidem divina in omnibus juſtificationibus principaliter præeminet, ſed etiam voluntas hominis ſubjungitur ei atque conjungitur, ut divino in ſe cooperetur operi.* Exiſtimo igitur hoc ipſum velle Confeſſionem verbis, quæ leguntur numero IV: *Efficaciam gratiæ vocantis à libero hominis arbitrio non ſuſpendimus, quaſi non Deus per ſpecialem gratiam, ſed ipſe per arbitrium proprium ſe diſcernat;* per arbitrium ſcilicet ſibi relictum, & ſupernaturali gratiâ deſtitutum.

Adſenſum gratiæ humanum, ſoli gratiæ acceptum ferimus, ut cauſæ ſupernaturali; reſiſtentiam verò nequitiæ propriæ.

Act. 16, 14.

1 Cor. 4, 7.

Lib. 2, c. 22.

Laudatur propterea Conf. Turon.

Num. 4.

Quam-

Quamobrem rectè ſubjungitur numero v: *Cauſam ſeu culpam, cur omnibus meritum Chriſti non communicetur, non in ipſo, ſed in hominibus eſſe.* Itidem optimè numero ſequente, *omnes verbo evangelij vocatos, ſeriò & ſincerè ac ſufficienter à Deo ad pœnitentiam & ſalutem vocari, non autem ſimulatè & ſolâ externâ voluntate ſigni, cui nulla interna voluntas beneplaciti ſubſit*, quaſi *Deus nullo modo omnium ſalutem velit:* à quâ ſententiâ ſe longiſſimè abeſſe Domini Reformati profitentur. Hæc omnia rectè & præclarè dicuntur, meque inducunt, ut mihi perſvadeam, quum docent. *nos non ex ullo præviſo fidei aut operum merito, ſed ex merâ & indebitâ gratiâ electos eſſe*, non excludere præſcientiam, quæ pro objecto habeat fidem, non à viribus naturæ, ſed à merâ & indebitâ gratiâ ſive initium, ſive progreſſus, ſive conſummatio & perſeverantia ſpectetur, profectam; nec aliud trahentem meritum, quàm quod gratuito Dei propoſito & promiſſione nitatur: præterea gratiam divinam, per quam homines convertuntur, intelligere talem, quæ facultatem quidem impertiat, ſed neceſſitatem non imponat, ſive, ut loquuntur, irreſiſtibilis non ſit. Hujuſmodi enim determinans & irreſiſtibilis gratia, quidquid ante de Deo ſeriò vocante & omnes ſervari volente rectè fuit expoſitum & conceſſum, everteret, Nam ſi quæ talis irreſiſtibilis gratia eſſet, ea tum à ſolo Deo, & quidem abſoluto quodam beneplacito conferretur, tum ad converſionem foret neceſſaria, adeò ut abſque eâ hominem converti fuerit impoſſibile. Pone Cajo & Seio pariter prædicari Evangelium, & utrumque in omnibus pari eſſe conditione, nec voluntatem utriuſq; per Evangelium ejus gratiæ participem fieri, per quam libera reddatur, ſemetque ipſam ad obſequium Evangelio præſtandum flectere valeat, ſed

Quam non excludere præſcientiam fidei Calixtus ſperat, excludere verò rem irreſiſtibilem & ineluctabilem.

Aliàs ſibi contradicere, ait, Confeſſionem.

hoc totum à gratiâ determinante & irreſiſtibili pendere. Convertitur autem Cajus, non convertitur Sejus. Ille itaque convertitur, quia gratiâ irreſiſtibili donatur & trahitur; iſte non convertitur, non quia gratiæ donatæ reluctatur & obſiſtit, (in hoc enim ambo pares eſſe ponuntur) ſed quia irreſiſtibili gratiâ caret, quæ ſi conferretur, haut minùs converteretur, quàm ille convertitur. Quòd autem careat, alia ratio reddi nequit, quàm quòd Deus dare nolit. Fit argumentum: Qui non vult omnibus vocatis dare gratiam, quam ſolus poteſt dare, & ſine quâ impoſſibile eſt hominem obtemperare & converti; ille etiam omnes vocatos non vult ſervari. Sed Deus non vult omnibus vocatis (verbi gratiâ, Sejo) dare gratiam, quam ſolus poteſt dare &c. Ergo. Pergo, & porrò hinc infero: Qui non vult omnes, quos verbo Evangelij ad ſalutem vocat, ſervari; is etiam omnes quos vocat, non vocat ſeriò. Sed Deus non vult omnes, quos verbo Evangelij ad ſalutem vocat, ſervari. Ergo. Minor ſuperiore ſyllogiſmo ſatis ſuperque probata eſt. Manifeſtum igitur eſt, ſi ad converſionem hominis requiratur gratia irreſiſtibilis, & negetur ſufficiens eſſe gratia facultatem quidem præbens, ſed neceſſitatem non imponens; everti, quod de Deo ſeriò vocante & ſalutis omnium cupido, piè & rectè propoſitum fuit.

Impugnatur gratia irreſiſtibilis ſeriâ Dei vocatione.

Metus refellitur de viribus humanis & Synergiſmo.

Nec metus eſſe debet, ne vel viribus humanis nimium tribuatur, vel dignitati gratiæ quidquam derogetur. Illæ enim non agunt niſi in virtute gratiæ, imo non niſi à gratiâ præventæ & excitatæ, adeò ut ad primam etiam gratiæ receptionem, à quâ præventæ & excitatæ denominantur, ſe non habeant, niſi paſſivè. Operatur itaque gratia antequam illæ operentur, & deinde cum his ita concurrit, ut ejus virtute actus ſpirituales & ſupernaturales producantur, atque adeò honos

horum

horum actuum totiuſque converſionis, utpote rerum ſupernaturalium, gratiæ debeatur. Nam, ut alicubi loquitur Fulgentius, *In hominis voluntate nihil bonæ cogitationis oboritur, niſi quod beneficio gratiæ prævenientis infunditur; nihil in melius augetur, niſi quod ſubſequentis juvamine roboratur; nihil benè conſummatur, niſi quod eadem operante atque opitulante perficitur.* Tutò itaque dicere licet cum ſcriptore de vocatione gentium: *Sive initia*, vel primum adſenſum, *ſive profectus fidelium, ſive uſque in finem perſeverantiam cogitemus, nullum genus, nulla ſpecies cujuſquam virtutis occurrit, quæ vel ſine dono divinæ gratiæ, vel ſine conſenſu noſtræ voluntatis habeatur.* Et alibi: *Voluntas hominis ſubjungitur gratiæ atque conjungitur --- de ſuâ habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione ſi proficit.* Idem ſenſit & ſcripſit Auguſtinus ante concertationem cum Pelagianis. *Nec illi*, inquit, *debent ſibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt; nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, ſed tantùm ſibi, quia ut venirent vocati, in liberâ erat voluntate.* Lib 2, c. 22. Cap. 26. Lib. 83. quæſtionũ quæſt. 68.

Poſt V. autem ſeculi initium exorti Pelagius & Celeſtius neceſſitatem internæ ſupernaturalis divinæ gratiæ negarunt, & docuerunt, neceſſariam quidem eſſe gratiam, ut remittantur peccata, quæ commiſſa fuerint; non autem neceſſariam eſſe, ut à nobis præſtentur, quæ juxta divinam voluntatem præſtari oporteat: ad hoc enim ſufficere externam illam gratiam, per quam Deus voluntatem ſuam verbo ſuo & Evangelio revelârit, & hominibus prædicari faciat: quòd ſi omnino ſit aliqua gratia intrinſecus operans, per eam fieri, ut faciliùs præſtetur obſequium, non autem ita neceſſariam eſſe, quaſi obſequium, ſi ipſa abeſſet, præſtari planè non poſſet. Hos circa doctrinam de neceſſitate divinæ internæ gratiæ Pelagianos errores fuiſ- Pelagij & Celeſtij hæreſis

Auguſtini hinc eſt natus error de gratia in Prædeſtinatione, neceſſitate, abſoluti beneplaciti.

ſe, certos nos faciunt Canones III, IV. & V. Milevitanæ ſive Africanæ plenariæ ſynodi, directè Pelagio ejuſque adſeclis oppoſiti. Quos quum acriter & magno ſtudio impugnaret ſanctus & magnus doctor Auguſtinus, & ab unâ parte acutis nonnullis objectionibus urgeretur, ab alterâ in adſerendam & extollendam divinam gratiam totus incumberet. eò tandem devenit, ut ex gratiâ facultatem impertiente faceret gratiam neceſſitantem, determinantem, ſive ut hodie nonnulli loquuntur, irreſiſtibilem: & juxta hypotheſin ſemel admiſſam ulteriùs progreſſus, prædeſtinationem & electionem doceret ab æterno factam eſſe non ſecundùm præſcientiam, ſed ſecundùm abſolutum quoddam Dei beneplacitum, quo nonnullos è damnatione eripere viſum fuerit, reliquos autem in damnatione relinquere, atque adeo non velle Deum omnes homines ſervari. Huc primus mortalium delapſus fuit Auguſtinus, ſive quòd premeretur argumentis Pelagianorum, & commodiorem exitum non reperiret; ſive quòd divinæ gratiæ, ejuſque efficaciæ nimium tribui non poſſe crederet. Cœpit itaque proponere, & quidem aliquando ſatis perplexè, contraria ijs, quæ ante eum veteres, quotquot fuerant, & ipſe etiam ante exortum certamen docuerat: imò contraria perſpicuis ſacræ Scripturæ verbis, acceptis ut jacent & ſonant, & ſenſu, quem juxta ſimplicem concipiendi & intelligendi modum in mente cujuſvis, qui legat vel audiat, nata ſunt efficere.

Veniam autem meretur, quòd aliter neceſſitatem divinæ gratiæ defendi non poſſe exiſtimaret. Huic itaque præcipuo de neceſſitate gratiæ dogmati annatæ fuerunt & juxta quaſi emerſerunt quæſtiones de modo, quo operetur gratia & cum viribus humanis concurrat; & porrò de

modo

modo prædeſtinationis divinæ ab æterno factæ. Quam aliàs & directè in certamen non adduxerant Pelagiani. Gratiam autem ejuſque neceſſitatem quum prorſus negarent, non erat, quare de modo operandi eſſent ſolliciti. Intercurrentes itaque quæſtiones vocat Celeſtinus in epiſtolâ ad Galliæ epiſcopos, & quum errores ipſos Pelagianos rejeciſſet & damnaſſet, ſubjicit, *Profundiores verò difficilioreſque partes intercurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt*, Auguſtinus videlicet & Proſper, *ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere.* Quum autem magna eſſet Auguſtini in eccleſiâ occidentali auctoritas, inde factum videtur, ut ſubſequutis temporibus vix unquam defuerint, qui ſententiam ejus amplecterentur. Nonnulli, quæ eſt imbecillitas humani ingenij, ut ſemel orbitam egreſſus vix intra terminos certos ſe contineat, ulteriùs provecti ſunt, & doctrinam hanc ita propoſuerunt, ut non modò negarent, Deum velle omnium hominum ſalutem ſed prætereà affirmarent Deum non minùs prædeſtinatione ſuâ horum interitum & damnationem, quàm illorum liberationem & ſalutem procurare. Prædeſtinatiani poſtea dicti ſunt, quos anathemate perſtringit ſynodus Arauſicana ſecunda, alioquin Maſſilienſibus, quos Semipelagianos nonnulli vocant, oppoſita, hiſce verbis: *Aliquos ad malum divinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe non ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis anathema dicimus.* Nihilominus ad eamdem ſententiam poſtea declinarunt Godſcalcus monachus, in ſynodo Moguntina ſub Rabano archiepiſcopo, anno IↃCCCXLIIX. condemnatus; Honorius Auguſtodunenſis in ſuo Inevitabili, Thomas Brawardinus, & ex Scholaſticis, ſi rectè memini, Gregorius Ariminenſis,

Auguſtini autoritas ſeduxit elaros alios.

Hinc Prædeſtinatiani orti.

Quorum aſſeclæ: Godſcalcus Honorius, Brawardinus. Greg Ariminenſis.

Primi reformatores.

Petrus ab Alliaco & Marſilius ab Ingen. Eandem, quamvis duram aſperamque, primi Reformationis autores ſunt amplexi, ita ſe quàm maximè & efficaciſſimè gratiam defendere & exaltare, & econtrà vires humanas, quibus nonnulli Scholaſtici, Scotus videlicet, Thomas Argentinas, Javellus, alij, nimium tribuerent, deprimere rati. Auguſtini verò doctrinam ſequutus eſt princeps Scholaſticorum Thomas Aquinas, ejuſque ſectatores: quin & vir ſuæ ætatis maximus & inſignis ſcripturæ interpres Alfonſus Toſtatus.

Etiam majores noſtri A. C. uſque ad annum 1580.

Noſtri quoque majores invariatæ Auguſtanæ Confeſſioni inhærentes eamdem retinuerunt & paſſim docueruet uſque poſt annum ſuperioris ſeculi xxc.

Ægid Hunnius inter primos præcipuus qui priſcam receptam ſententiam revocavit.

Ægidius Hunnius, niſi fallor, primus fuit, vel certè inter primos præcipuus, qui priſcam & ante Auguſtinum in primitivâ eccleſiâ receptam ſententiam revocavit, & in eccleſias ſcholaſque noſtras reduxit, non tamen ſine difficultate, contradictione & inſimulatione Pelagianiſmi. Ex eo apud noſtros prævaluit, quamquam non ab omnibus pari dexteritate expoſita.

Confeſſionem hanc tolerari poſſe de Prædeſtinatione putat Calixtus, miſſis Supralapſarijs

Quod autem in Auguſtino, & præclariſſimis occidentalis eccleſiæ doctoribus, noſtriſque majoribus toleramus, id in alijs quoque citra condemnationem nos tolerare poſſe & debere ſemper perſuaſus fui. Præſertim ex quo diſſentientes horridiorem illam doctrinam, cujus ſectatores in Belgio Supralapſarij appellantur, miſſam fecerunt, & ad Auguſtini ſententiam gradum revocârunt. Quod communi conſenſu factum in ſynodo Dordracenâ, niſi quòd gratiam & fidem excuti & amitti poſſe nondum agnoſcere voluerunt.

Agnito Spiritum S & fidem excuti poſſe.

Id quum agnoſcat hæc confeſſio numero XI, & proinde multa abſurda evitet, vehementer lætor, & toti Proteſtantium eccleſiæ hoc nomine gratulor. Ad minimum enim nihil ſequius vel aſperius ſtatuit, quàm docuit

Augu-

Auguſtinus. Quin quum numero vi. *omnes verbo Evangelij vocatos ſeriò & ſincerè à Deo, qui omnium ſalutem velit, vocari* aſſerat, ab abſoluto Auguſtini decreto recedit. Nam cum eo nec ſeria omnium vocatio, nec voluntas omnes ſervandi conſiſtere poteſt, ſicut pridem eſt oſtenſum. Quid igitur in hoc doctrinæ capite perfectam concordiam magnopere remoretur, non video. Minimùm mutuæ perfectæ Chriſtianæ caritati & tolerantiæ, ſi quid fortè diſſidij adhuc reliquum ſit, nihil obſtat. Confeſſa univerſali & ſeria vocatione.

Quòd ſi autem nonnulli amore quodam abſoluti decreti teneantur, ut penitus illud miſſum facere nolint, in eorum gratiam, quomodo nihilominus in prædeſtinatione abſolutum aliquod decretum occurrat, oſtendi facilè poteſt. Nempe ſine dubio infinitæ divinæ ſapientiæ plures in æternitate occurrerunt modi, quibus ſervari potuiſſet genus humanum, quàm per obſequium Evangelio præſtitum; ſive plures & alias potuiſſet à parte hominum requirere conditiones, à quarum interventu humana ſalus penderet, quàm hanc ipſam in Chriſtum fidem. Potuiſſet addere perfectam exactiſſimamque legis obſervationem, eique præſtandæ idoneam gratiam & facultatem impertire: potuiſſet jungere obſervationem legis Moſaicæ ceremonialis, vel alterius ſimilis: potuiſſet ſtatuere, ut Iſraëlitarum, *quorum fuit adoptio, & gloria, & pacta, & legis conſtitutio. & cultus, & promiſſiones, & Patres, & ex quibus eſt Chriſtus ipſe, quod ad carnem attinet*, peculiaris præ cæteris populis, quod participandam ſalutem attinet, habita fuiſſet ratio. Quod quia factum non ſit, & nullam præ gentibus prærogativam habeant, dolent & conqueruntur Judæi Roman. ix. Quibus reſpondet Apoſtolus, Sicut Deus in conferendâ temporariâ præeminentiâ non habuerit rationem

Diſputat interim contra abſolutum decretum Calixtus.

Rom 9, 4.

tionem

tionem primogeniti Eſaui, quà primogeniti, quò minus ſcilicet ejus poſteros ſubjiceret & longè inferiores faceret poſteris ſecundogeniti Jacobi: ita quoque in conferendâ ſalute æternâ non habere rationem externarum dignitatum, vel cujuſquam alterius rei, niſi ejus, quam ipſe juxta ſuum beneplacitum conſequendæ ſalutis medium hominibus ordinaverit. *Igitur non eſt hominis volentis, neque currentis*, ſive ſatagentis aliter atque aliâ ratione, quàm miſericors Deus conſtituit: *ſed eſt miſerentis Dei.* Modo igitur & ordini, juxta quem ex merâ miſericordiâ homines ſervare ab æterno conſtituit, obtemperandum eſt. Qui obtemperare non vult, (quemadmodum Judæi, qui *propriam juſtitiam ſtudentes conſtituere juſtitiæ Dei non fuerunt ſubjecti*) ſervari non poteſt. Nam Deus *cujus vult, miſeretur, quem autē vult, indurat*, id eſt, obtemperantem (ejus enim vult miſereri) miſericordiâ proſequitur, pertinacem verò & refractarium, etiamſi alias cauſas, propter quas ſui rationem haberi velit, alleget, in cordis duritie & damnationis ſtatu relinquit. Si itaque quæratur, cur Deus aliud nullum medium, per quod homines ſerventur, ordinaverit, quam fidem in Chriſtum, ſive obſequium Evangelio præſtandum; nulla ſanè ratio præter abſolutum beneplacitum reddi poterit. Ita Deo viſum fuit ab æterno, atque ita placuit & decretum eſt, ut qui Evangelio obtemperat & credit in Chriſtum, ſervetur; qui non obtemperat & non credit, pereat. Nempe hoc eſt *myſterium voluntatis divinæ, ſecundum beneplacitum ſuum, quod propoſuit in ſe*; hoc eſt *propoſitum ejus, qui omnia agit juxta conſilium voluntatis ſuæ, ſecundum quod in ſortem adſciti & prædeſtinati ſumus in Chriſto*, Epheſ. 1, 9. & 10. Hoc itaque decretum ſi capiatur generaliter de omnibus credentibus & ſalvandis, abſolutum eſt, & meri beneplaciti divini

Rom. 9, 16

Rom. 11, 3.

Rom 9, 18.

Reſp. quare Deus non per aliud medium quàm per fidem eligere voluit

Nec

Nec aliter ſe habet alterum huic annexum de omnibus infidelibus & damnandis. Si verò de ſingulis agatur, ex hoc ipſo generali redditur ratio, quare hic, ille, iſte in tempore ſerventur; & quare ab æterno ut ſerventur ſint electi: nempe in tempore ſervantur, quia idipſum, quod apprehendendæ & habendæ ſalutis medium eſſe Deus pro ſuo beneplacito decrevit, adhibent, virtute ſcilicet gratiæ ſibi divinitus collatæ; & proinde ab æterno ſunt electi, quia quòd in tempore adhibituri eſſent, præſcivit Deus. Contrà quia alij non adhibent, ideo in tempore pereunt, & ab æterno reprobati ſunt, quippe præſciti, quod adhibituri non eſſent. Non igitur illi ſervantur, hi pereunt, quòd abſolutâ voluntate & decreto quodam ſingulos ſeorſim concernente Deus illos ſervari velit, hos perire; ſed quia generali iſti de ſalvandis decreto illi ſe conformant & morem gerunt, hi non item. Ita ex generali iſto & quidem abſoluto, ex merâ tamen gratiâ & miſericordiâ profecto decreto ſingulis applicato, ſive ſingulis ad illud collatis & examinatis intelligi poteſt & ratio reddi, quare aliqui ſint electi & ſalventur, alij reprobati & damnentur. Decreta igitur electionis & reprobationis ſingulorum non ſunt abſoluta, ſed reſpiciunt conditionem vel habitudinem in ſingulis deprehenſam: quæ tamen ut reſpiciatur ſive locum aliquem habeat, à generali illo abſoluto quidem, ſed philanthropiæ & miſericordiæ innixo decreto pendet. Non obſtante igitur ejus conditionis reſpectu totum electionis & ſalvationis noſtræ negotium eſt & manet merè gratuitum, & in merâ Dei miſericordiâ fundatum. Nempe quòd Evangelio habita fides & præſtitum obſequium reſpicitur, ſive locum conditionis cujuſdam invenit, ab illo eſt decreto & beneplacito merè, ut diximus, gratuito. Quod au-

Conditio fidei non tollit beneplacitum Dei gratuitum.

tem Evangelio fides haberi & obſequium præſtari poteſt, atque adeo præſtatur, itidem eſt donum divinum merè gratuitum, & à gratiâ peculiari divinâ præveniente, excitante, comitante, ſubſequente, operante & cooperante, uti pridem expoſitum fuit, pendet. Neque verò qui ſtatuunt, quòd Deus humanum genus in perniciem prolapſum intuitus aliquos abſoluto decreto eligat, & è damnatione eripiat; effugere poſſunt quin itidem ſtatuant, Deum reliquos abſoluto decreto reprobare & in damnatione relinquere. Dices, Deum eos, qui in exitio relinquuntur, in exitium non præcipitaſſe, ſed ſuâ culpâ prolapſos & præterea peccatis multis obnoxios & immerſos in ſtatu, in quo deprehendit, relinquere. Reſpondeo, ſi hæc eſt vera & adæquata ratio, ob quam relinquuntur & reprobantur, non minus illos quàm iſtos relinqui & reprobari oporteret. Hactenus enim utrique pares. Niſi igitur aliud quid interveniat & reſpiciatur, ſicut illi ex abſoluto quodam beneplacito eliguntur, ita ſimiliter iſti reprobantur.

Si Deus abſolutè elegit; ergo & abſolutè reprobavit.

Exc.

Reſp.

Magna eſt difficultas de ijs, quibus & majoribus ipſorum, utpote Americanis, per aliquot ſecula voluntas & verbum divinum prædicato Evangelio non fuit annunciatum; annon hos ipſos Deus abſoluto quodam beneplacito reprobaverit? Reſpondeo autem, nullam eſſe gentem, cujus majores non habuerint patefactum Dei verbum. Qui amiſerunt & intercidere paſſi ſunt, theſaurum tantum perdiderunt ſuâ culpâ, nullo Dei decreto; & perdiderunt non ſibi tantùm, ſed poſteris ſuis. Majores enim & progenitores cum poſteris unum aliquod ſunt moraliter acceptum. Luunt itaque poſteri culpam majorum, præſertim quoad pœnas privativas, ſive privationem beneficiorum concernentes: & vel imprimis juſtè, ſi non

Object. de Americanis.

Reſp.

modo

modò majorum ſuorum delicta imitentur, ſed & nova accumulent. Dixi neminem eſſe, cujus majores non fuerint facti participes revelationis divinæ per verbum patefactæ. Omnes ſanè à Noacho ejuſque filijs & nepotibus deſcendunt, quibus id ipſum innotuerat. Quum eo per ſuam culpam & negligentiam multi ſemetipſos privaſſent, *ſivit Deus gentes* in pœnam, quam commeritæ erant, *aliquamdiu ſuis ipſarum viis incedere*, & *tempora iſtius ignorantiæ quaſi diſſimulavit*: tandem autem ſub initium Novi Teſtamenti juſſit Apoſtolos *ire in mundum univerſum & prædicare Evangelium omni creaturæ*. Atque *illi profecti prædicaverunt ubique*. Per illos *Deus denunciavit omnibus ubique hominibus, ut reſipiſcerent*. *Imò verò in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum*. Evangelium igitur eo modo *pervenit in univerſum mundum;* non quidem quòd in quibuſvis obſcuris latebris & angulis prædicatum fuiſſe ſit veroſimile, ſed quòd prædicatum fuerit in quibuſvis maximè celebribus locis totius orbis habitati, è quibus facilè fama ejus ad alia vicina undequaque diffundi, & ubique innoteſcere potuerit. Interim, dices, in Americâ prædicatum non fuit. Reſpondeo. Non eſt probabile Americam tum habitatam fuiſſe. Qui ex hac continente in alteram tranſiverunt, poſt prædicatum in noſtro orbe Evangelium tranſiverunt. Non adeo eſt remota Islandia, ſicut eſt America. In eam tamen è Norwegiâ ante annos ſexcentos vel circiter primùm tranſitus eſt factus; & inde porrò in Gronlandiam. Quod certiùs, quàm ego ex memoriâ nunc narro, cognoſci poterit ex hiſtoriâ Islandicâ, quam ſcripſit Arngrimus Jonas Islandus. Nullum monumentum vel ſtructura in Americâ inventa fuit, quæ tot ſeculorum ætatem præ ſe ferret. Quum

Act. 14, 16. Act. 17, 30. Marc. 16, 15 & 20. Act. 17, 30. Rom. 10, 18 Col. 1, 6. Exc. Reſp.

Cuſcani & Mexicani rectiùs, quàm pro captu barbarorum, conſtitutam habuerint rempublicam, & memoriam majorum ſuorum quamvis nullis literis, alijs tamen modis ſatis ingenioſis conſervarint; ſecula tamen non niſi admodum pauca numerarunt. Non memorabo, ſcribere Johannem Lactium, apud Vucatanenſes luculenta fuiſſe deprehenſa veſtigia baptiſmi; & Joſephum Acoſtam, apud Mexicanos ritum uſurpatum fuiſſe ſanctæ Euchariſtiæ affinem: talia enim ad æmulationem Satanæ, qui Dei ſimiam agere gaudet, referri poſſunt. Id certum eſt, Americanos pleroſque, imò omnes, quantum mihi quidem licuit indagare, immortalitatem animæ, & quòd poſt diſceſſum à corpore ſuperſit, & bene vel malè habeat, agnoviſſe. Vix eſt quòd ad merum naturæ lumen ea cognitio poſſit referri, quum demonſtratio immortalitatis animæ non ſit cuivis in promptu, & gentes iſtæ lumen naturæ parum admodum excoluerint. Nonnulli etiam de reſurrectione corporum perſuaſi fuerunt. Alijs de diluvio aliquid innotuiſſe compertum fuit. Peruani Deum, quem ſummum habuerunt, creatorem eſſe faſſi ſunt, & inde Viracocham appellarunt. Hæc & alia, quæ nunc omnia non occurrunt, haut improbabiliter arguunt, Americanos ab ijs originem trahere, quibus revelatio divina aliquando innotuerit; & non admodum multis ſeculis terram, in quâ nunc degunt, incoluiſſe.

Lib. 5, c. 26.

Immortalitas animæ confeſſa apud Americanos veſtigium eſt prædicati Evangelij.

De immortalitate animæ paſſim apud ipſos creditâ paulò ante monuimus: diximus etiam habuiſſe regna, qualia præcipuè Mexicanum & Peruanum, non malè conſtituta. Hæc arguunt uſum rationis ſic ſatis apud eos ſuperſtitem, & lumen naturæ non fuiſſe planè exſtinctum. Videmus igitur ipſis aptari quoque poſſe, quod de priſci ævi gentibus dixit Apoſtolus: *Deus fecit ex uno ſanguine omne*

Act. 17, 26.

omne genus hominum habitare ſuper univerſam faciem terræ, — ut quærerent Deum, ſi fortè palpando eum invenirent: quamquam non longè abeſt ab unoquoque noſtrûm: in ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus. Item: *Non paſſus eſt ſe eſſe expertem teſtimonij, beneſaciens nobis & dans cœlitus pluvias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda noſtra.* His jungantur, quæ de gentibus docet idem Apoſtolus ad Romanos primo; & patebit, quare tamdiu ſine auxilijs in tenebris ignorantiæ à Deo derelicti fuerint. Nempe *detinuerunt veritatem*, ex rebus creatis perceptam, quam Deus de ſe manifeſtavit hoc ipſo, quòd hominibus opera ſua ob oculos poſuit, & mentem uſumque rationis dedit, *in injuſtitiâ*, imò hanc ipſam *Dei veritatem tranſmutarunt in falſitatem, & noluerunt Deum in notitiâ retinere*. Hinc itaque factum, ut Deus eos permitteret ſuis ipſorum vijs incedere, & *traderet in reprobum ſenſum*, ſive mentem perverſam & judicij expertem, deſtitutos videlicet ulterioribus & majoribus auxilijs, quòd ijs, quæ in promptu haberent, non uterentur. Quæ quidem non erant de genere ſupernaturalium auxiliorum: interim ſi rectè illis fuiſſent uſi, Deus de ulterioribus externis auxilijs benignè proſpexiſſet; & ſi his etiam rectè, porrò alia majora ſuppeditaſſet, donec tandem ad annunciationem Evangelij perventum eſſet, per quam demum interna ſpiritualis & ſupernaturalis gratia conferretur. Ex quo enim Evangelium promulgatum eſt & per homines paſſim annunciatur & prædicatur; non eſt aliquid ſupernaturale, ſi ad auditum & notitiam ejus homo perveniat. Nec eſt ſupernaturale vel vires naturæ excedit, ſi homo intelligat animam ſuam eſſe immortalem, & propterea ſeparatam à corpore ſuperfore, & quidem à perturbationibus, quales commercium corporis attulit, exemtam, & immediatè Deo ſubjectam, in

Act. 14, 17.

Illuſtratur locus Rom. 1. unde probatur non Deum ſed gentes in culpa eſſe quod non credant.

quàm præter ipſius nutum nemo aliquid poſſit: fore autem ei bene vel malè. Deſiderium igitur hoc quoque naturale fuerit, ut quiſque malit animæ ſuæ poſt diſceſſum à corpore bene potiùs eſſe quàm malè; & propterea ſollicitudine aliquâ de futuro animæ ſuæ ſtatu tangatur & afficiatur. Hæc omnia per naturæ vires, ſi annitantur & intendantur, præſtari poſſe certum eſt. Quin id etiam ſciri poteſt, idololatriam pugnare cum rectâ ratione, & principijs luminis naturæ adverſari, & propterea fugiendam & rejiciendam eſſe. Qui jam his auxilijs, quamvis merè naturalibus, uti negligit, quòd ulterioribus non adjuvatur, ſed à Deo potiùs deſeritur, ſibi imputet, & ad abſolutum aliquod Dei decretum non referat. Si homines gentiles ut ſolam pauperiem fugiant, ad extrema terrarum currunt per mare, per ſaxa, per ignes; cur ijdem, quum deprehendant ſe erroneam religionem hactenus amplecti & ſectari, parem diligentiam inveſtigandæ veræ non impendunt? nam nullam in orbe veram eſſe religionem, bonitati & providentiæ divinæ adverſari, idem rationis lumen facilè perſuadet. Quòd itaque gentes veritatem, quæ de Deo ex operibus ejus per lumen naturæ cognoſci poterat, inſuper habent & negligunt & violenter quaſi ſuffocant; hinc infert Apoſtolus *inexcuſabiles eſſe;* nempe quòd majoribus non adjuvantur auxilijs, & in viam ſalutis non deducuntur, nec cœleſtis beatitudinis redduntur participes, ejus calamitatis ſuæ cauſam non poſſunt in alios derivare, ſed ipſi in culpâ ſunt, & excuſari nequeunt. Quòd ſi autem aliter ſe gererent, nempe lumine naturæ rectè uſi veritatem nec injuſtè detinerent, nec in falſitatem commutarent, & Deum, quemadmodum noſſent, ita quoque colerent & glorificarent, tum excuſabiles eſſent, id eſt, ſi ſalute exciderent, dici poſſet,

eos

eos nullâ ſuâ culpâ & negligentiâ excidere. Quis igitur accuſandus? num Deus? nam auxilia in hoc caſu neceſſaria à ſolo Deo expectari poterunt. Fit argumentum:

Quando homo lumine naturæ rectè uſus præſtat quod poteſt, tum ſi ſalute excidit, aut ipſe ſui interitus cauſa erit, atque eo nomine accuſari poterit; aut Deus in causâ erit, quòd nolit auxilia, quæ ſolus poteſt, ſuppeditare, atque adeo nolit hominem ſervari. Sed ſecundum Apoſtolum in tali caſu homo excuſabilis foret. Neque tamen Deus ſe accuſari patietur, qui clarè teſtatus eſt, ſe velle omnium hominum ſalutem. Præſtabit igitur, quæ ſuarum fuerint partium, & quæ ab alio nullo ſperari poterunt, nec hominem deſeret, ſed ulterioribus auxilijs, per quæ porrò ad veritatem ſaluti neceſſariam propiùs accedat, proſequetur.

Hic jam exoritur difficultas, quòd hæc nonnullis Pelagianiſmo affinia eſſe videantur. Sed nego hic quidquam eſſe Pelagianum. Quippe viribus naturæ præſtari, quod vires naturales non ſuperet, nihil eſt abſurdi. Pelagius autem ad actus, qui ſuo genere ſupernaturales ſunt, præſtandos naturæ vires gratia deſtitutas ſufficere dictitabat. Deinde auxilium ulterius, quo Deum ejuſmodi hominem proſequi diximus, intra limites naturæ adhuc ſubſiſtit, & proinde ad communem quoque providentiam referri poterit. Præterea inter ea quæ ab homine fiunt, & quæ à Deo conferuntur uberiora auxilia, non eſt nexus alicujus meriti vel debiti, ſed habent ſe illa humana tamquam occaſio, quam Deus acceptat & quaſi arripit, ut φιλανθρωπίαν & benignitatem ſuam exerceat. Nam ſi Deus tantâ benevolentiâ genus humanum lapſu jam perditũ eſt proſequutus,

Obj. de Pelagianiſmo. Reſp.

Vires humanæ concurrentes cum gratiâ cooperante, ſunt non niſi occaſio quam Deus arripit.

tus, ut ipſum nihilominus ſervari voluerit, hacque fini Filium ſuum unigenitum miſerit; itidem non poterit videri abſurdum, ſi hominibus non renatis, ſed lumine naturæ, quod ipſe indidit, rectè uſis eatenus bene velit, ut majora & ulteriùs ducentia externa media impertiat. Sicut itaque non ſequitur, Deus hominum peccato & exitio immerſorum miſertus eſt, & Filium redemptorem miſit; Ergo meriti fuerunt, ut miſereretur & mitteret: ſic etiam non ſequitur, Deus hominibus peccatoribus & extra ſtatum gratiæ poſitis, juxta ductum tamen luminis naturæ Deum agnoſcentibus & de animâ ſuâ ſollicitis largitur uberiora media; Ergo meriti ſunt ut largiatur. Totum non dignitati aut valori talis ſollicitudinis, ſed divinæ miſericordiæ, quæ occaſioni hominem ulteriùs ducendi deeſſe non vult, imputandum. Nam ſi deeſſe vellet, id cum ejus φιλανθρωπίᾳ & voluntate ſervandi omnes homines, quam diſertè conteſtatus eſt, conciliari non poſſet. Unde porrò efficitur, nemini adulto extra gratiam in communi ab Adamo derivatâ ſorte conſtituto deeſſe Deum, niſi ille negligat agere, quæ ſecundùm iſtius ſtatus conditionem poſſet agere, modò nervos virium adhuc reliquarum intenderet, & committat, quæ poſſet omittere.

Difficultas de actibus & impulſibus an ſint naturales vel ſupernaturales?

Fatendum nihilominus eſt, magnis hæc difficultatibus involvi, è quibus ſeſe expedire non ſit promptum cuivis. Videri enim poſſunt non nemini actus, qui naturæ facultates non excedunt, ſupernaturales eſſe. Et etiamſi non niſi naturales ſint, non ſatis apparet, quâ ratione cum ijs ulteriora divina auxilia conjungantur; & hæc ipſa cujus ſint ordinis, num naturalis vel ſupernaturalis. Nec deſunt, qui hominibus non modò juxta ductum luminis naturæ ſollici-

ſollicitis & meliora meditantibus, ſed etiam quibuſvis alijs, quamvis ad auditum & notitiam Evangelij nondum deductis, cogitationes quaſdam & impulſus, quibus ad curam ſalutis ſuæ habendam excitentur, divinitus & ſupernaturaliter immitti ſtatuant. Quales ab Evangelio ſeparari an tutum ſit, & veroſimile reddi poſſit, neſcio. Ordinariè profectò gratia interna ſive intrinſecus operans, quæ verè & ex ſe ſupernaturalis ſit, non niſi cum Evangelio & per Evangelium confertur. Hinc Auguſtana confeſſio *damnat eos, qui ſentiunt Spiritum ſanctum contingere ſine verbo externo per ipſorum præparationes & opera.*

Opinio quorundam.

Sententia Calixti.

Artic. 5.

Illa tamen ſollicitudo, cujus paulò antè facta mentio, & cogitationes à ſolo naturali lumine profectæ cum fide non ita arctè connectuntur, & remotiùs abſunt, quàm ut ad eam diſpoſitio vel ejus initium haberi debeant. Notum enim eſt Maſſilienſes, (inter quorum præcipuos fuit Johannes Caſſianus, & fortè etiam Vincentius Lerinenſis, deinceps Fauſtus Regienſis & Gennadius) eo nomine reprehendi, quòd viribus naturæ antequam gratiâ præveniantur & excitentur, competere poſſe affirmaverint invocationem Dei, deſiderium regenerationis & fidei, ſive ut Arauſicani loquuntur, *credulitatis affectum*, atque adeo fidei quoddam initium. Videntur ad ea, quæ paulò ante de poſſibilibus per vires naturæ, & Deo hominem auxilijs non deſtituente diximus, reſpexiſſe. Semipelagianos vocant nonnulli recentiores; neſcio quàm bene. Neceſſitatem ſanè gratiæ admiſerunt, abſque eâ videlicet neminem juſtificari vel ſervari poſſe. Unde de eis Auguſtinus libro de Prædeſtinatione ſanctorum cap. 1: *Retenta iſta, in quæ pervenerunt, plurimùm eos à Pelagiano errore diſcernunt.* Nec Arauſicanæ ſecundæ ſynodi Patres, quando doctrinam opinionibus

Maſſilienſium error.

Maſſilienſes non dicend Semipelagiani.

bus

bus eorum oppoſitam exponunt, anathemata ſubdunt; nec ipſi communione catholicæ eccleſiæ unquam moti fuerunt. Neceſſitatem itaque gratiæ quum agnoverint, de modo quo operetur, & voluntatem ſive præveniat ſive ſequatur, cumque eâ concurrat & jungatur, variarunt. Atque utinam homines de partibus ſuis ritè peragendis & officio faciendo, ut Evangelio obtemperent nec gratiam fruſtrentur vel incaſſum acceperint, magis eſſent ſolliciti, quàm de modo, quo agat vel concurrat divina gratia, ſcrutando. Negari non poteſt occurrere difficultates, quibus ingenia, quantumvis magna, ſuccumbere nihil ſit mirum. Qui ad decretum abſolutum & gratiam determinantem vergunt, id agunt ut gratiæ neceſſitatem & dignitatem extollant, nec humanis viribus nimium tribuant, atque adeo homo non ſibimetipſi ſed uni Deo ſalutem ſuam ferat acceptam. Qui verò pluſculum viribus humanis concedere videntur, metuunt, ne ſi aliter ſtatuant, culpam exitij humani in Deum derivent, & contradicant expreſſis & diſertis Scripturæ teſtimonijs, quæ Deum nolle neminem perire affirmant. Si alicubi vel illi vel iſti, dum quiſque in ſcopum, quem ob oculos ſibi poſuit, fervidiùs fertur, exorbitant, ignoſcat eis benignus & miſericors Dominus; & nobis quoque, ſi fortè rem acu non ſemper tetigerimus.

Quippe neceſſitatem gratiæ agnoverunt, in modo tamen variarunt.

Modus Deo committendus.

Ezech. 33, 11. 1 Tim. 2, 4. 2 Pet. 3, 9.

Hoc maneat certum & perpetuum, ex merâ miſericordiâ Deum miſereri, quorumcunque miſeretur, nullâ ab ipſis præbitâ causâ, propter quam ille miſereri teneatur, vel ipſi miſericordiâ ſint digni: econtra verò, neminem (de adultis loquor) à Deo deſeri & reprobari, niſi cauſſam præbuerit, id eſt, propter culpam aliquam ſuam, communi illi culpæ & peccandi ſorti, cui obnoxij vivunt mortales omnes, & per quam, ſi divina miſericordia non interveniſſet,

Calixti recapitulatio.

Ejus ſententia de modo.

niſſet, perire omnes oporteret, ſuperadditam. Omnibus hominibus ſuperſunt aliquæ naturales notitiæ, & aliquæ intellectûs ac voluntatis vires, quæ ſunt quædam auxilia communia, & limites naturæ non excedunt: nonnullis hoc etiam datur, ut Evangelij prædicatio ab ipſis non admodum ſit remota, quemadmodum ferè omnibus noſtram hanc continentem incolentibus: alijs præterea, ut valde propinqua ſit & propemodum ingeratur ac offeratur, utpote Judæis & Turcis medios inter Chriſtianos verſantibus, ut nunc non dicam, num Deus aliquando ſingulorum corda intrinſecus pulſet, & ad curam ſalutis ſuæ habendam excitet: ijs verò, quibus reapſe prædicatur Evangelium, quique actu illud audiunt, confertur interna Spiritus ſancti gratia, præbens facultatem adſentiendi atque ea omnia præſtandi, quæ ad ſalutem neceſſaria præſcribit & requirit Evangelium. Dico itaque, neminem à Deo deſeri & ulterioribus auxiliis privari, niſi auxilium, cujus jam particeps ſit, ad uſum transferre neglexerit, injuſtè detinuerit vel excuſſerit. Interim in divinâ ulteriorum mediorum diſpenſatione ea occurrere, quorum ratio ad inſcrutabilia Dei judicia & imperſcrutabiles vias referri debeat, & à nemine mortalium reddi poſſit, certum eſt. Verbi gratiâ, Prædicari aliquando facit Evangelium his, & non illis, quum tamen hi non fuerint auxiliis ſuis prioribus rectiùs uſi, quàm illi; imò nonnunquam minùs & negligentiùs, quàm illi. Sæpe videlicet paribus inæqualia, imparibus verò æqualia, & aliquando deterioribus majora ſuppeditat dona & auxilia. Servator ipſe in Chorazin & Bethſaidâ multas edidit virtutes exiguo incolarum profectu: quæ ſi editæ fuiſſent Tyri & Sidone, in ſacco & cinere egiſſent pœnitentiam. Exclamat igitur Apoſtolus admirabundus; & nos cum eo unà: *O pro-* Matt. 11, 20 Lucæ 10, 13 Rom 11, 33.

fundas divitias tum ſapientiæ tum ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt ejus judicia, & viæ ejus imperveſtigabiles! Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis ei fuit à conſilio?

Quamvis autem ſententia, quam invexit Auguſtinus, & tot poſt eum præſtantes doctores per annos cIↄ cc, interque eos multi è noſtris majoribus Auguſtanæ confeſſioni addictiſſimis amplexi fuerunt, hæreſeos damnari non debeat; dubium tamen eſt nullum, alteram non modò mitiorem eſſe, ſed etiam veriorem, & proinde præferendam. Congrua enim eſt tum divinæ benignitati & erga homines benevolentiæ, tum ſcripturæ dictis de Deo, quòd omnes ſervari & neminem perire velit, evidenter atteſtantibus: quæ torqueri nefas eſt: imò torta Socinianis ſimiliter alia torquendi & articulos fidei omnes evertendi anſam porrigunt. Deinde præferenda eſt, quòd ſit ſententia priſcæ & primitivæ eccleſiæ; atque adeo Auguſtiniana, ſi cum eâ conferatur, novitatis meritò arguatur, quippe quæ poſt quartum à nato Chriſto ſeculũ primùm emerſerit, antehac incognita & inaudita. Denique præferenda eſt, quòd *utilis ſit ad docendum, ad redarguendum, ad corrigendum, ad inſtituendum in juſtitiâ: ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* Quæ ſicut in ſcripturam, ita quoque in doctrinas veras & è ſcripturâ depromptas, quin in hanc ipſam competunt, quæ debitam ſollicitudinem ſalutiſque curam & bene operandi ſtudium excitat & auget, ſecuritatem pellit, nec deſperationem inducit, ſed & hanc & illam arcet, utramque pietati æquè noxiam. Diverſa verò iſta ſententia ad fines, quos modò diximus, non tantum nihil confert, ſed ijs etiam adverſatur, ut populo Chriſtiano non poſſit tutò & abſque metu exoriturorum ſcrupulorum proponi. Quod ipſi quoque ejus patroni agnoſcunt. E

2 Tim 3,16.
Rom. 15,4.

quibus

ibus duos tantùm inſignes nunc producam, Alſonſum
delicet Toſtatum, & magnum Lutherum. Toſtati in
ap. Deuteronomij, quæſtione decimâ hæc verba ſunt?
doctrinâ Prædeſtinationis *ſubintricatiſſimæ apparent diffi-
ltates, quas proferre ſuperfluum, imò pernicioſum credo.* Lu-
erus brevi epiſtolâ quemdam de ſuâ prædeſtinatione
xium conſolans in hunc modum loquitur: Zu wiſſen/daß
s ſolches verboten iſt zuverſtehen/ oder damit umbzugehen.
-So iſt auch Sünde/ mit ſolchen forſchen umbgehen — dan
nn man ſich ewig mit der verſehung martert/ſo gewinnet man
ch nichts daran/denn angſt. Si hæc vera ſunt, tum verum
iam eſt doctrinam, quæ ejuſmodi effectus pariat, non eſſe
Scripturis hauſtam. Scripturæ enim hoc agunt & hac fini
velatæ & promulgatæ ſunt, *ut per earum conſolationem ſpem
beamus.* Tantum nunc de Gratiâ & Prædeſtinatione.

Tom. 8 Jenenſi editionis ſecundæ pag. 263.

DE SANCTA EUCHARISTIA.

I.

QUamquam perſuaſus ſum, verba Domini corpus & ſanguinem ſuum in Euchariſtiâ exhiberi affirmantis ntelligenda eſſe, ut ſonant, ſive ut ſuper ea humanæ menis captus & cogitatio naturaliter fertur, & proinde corus Domini verè comedi, & ſanguinem verè bibi; quum tanen maximæ hîc occurrant difficultates, & objectiones pro dversâ opinione militantes à multis ſuperari nequeant, ſaramentum autẽ ipſum non ſit adeò abſolutæ neceſſitatis, ut abſq; eo vel uſurpato vel exactè cognito ſalus ſperari nequeat: propterea ſemper exiſtimavi, nec fas nec pium eſſe (de utilitate in publicum redundaturâ nihil nunc dicam)

Verba inſtitutionis literaliter interpretantur.

Non tamen damnandi

qui difficultates ſuperare nequeunt.

ut Chriſtiani, qui nihilominus ſacramentum hoc juxta inſtitutionem Chriſti perfectè adminiſtrant & uſurpant, propter diverſitatem quamdam opinionum, quas excutere nondum poſſint, mutuis inter ſe odijs & inimicitijs collidantur, & ſchiſmatibus divellantur. Eâ de re egi tum alibi, tum Reſponſo Moguntinis oppoſito, numero XXII; nec hîc repetam.

II. Sed & hoc certum eſt, ſi quid fortè diſſidij in doctrinâ de Perſonâ Chriſti & Gratiâ atque Electione occurrat, id vix à vulgo fidelium animadverti vel intelligi, & propterea non adeo validam vel univerſalem cauſſam ſchiſmati præbere. Nempe de gratiâ determinante vel non determinante, & de generibus communicationis idiomatum tantumdem noverunt idiotæ, quorum maximus eſt numerus, Auguſtani, quantum Reformati; & hi, quantum illi. Diſſenſio autem de præſentiâ corporis & ſanguinis Dominici in ſanctâ Euchariſtiâ, magis in obſervationem hominum incurrit, ſtatuſque controverſiæ magis notabilis eſt, quando videlicet alij corpus & ſanguinem Chriſti ſumi affirmant, alij negant; & proinde inter ipſos etiam idiotas ſchiſma nutrit. Opera itaque Chriſtianæ pacis & tranquillitatis amantibus enixè eſt danda, ut diſſenſus minuatur, aut ſi fieri ullâ ratione poſſit, penitus aboleatur, & omne ſchiſmati fomentum ſubtrahatur.

Cõtroverſia autem magis notabilis de Cœnâ quã aliæ.

III. Verba quidem Confeſſionis ſatis proba ſunt numero primo: Chriſtus *corpus ſuum pro nobis traditum & ſanguinem Novi Teſtamenti pro nobis effuſum in potum ac cibum ſpirtualem vitæ æternæ nobis ſe exhibere & communicare teſtatur.* Numero ſecundo: *Corpus & ſanguis Domini veriſſimè & præſentiſſimè nobis exhibentur.* Numero decimo: *Nequaquam ſtatuimus nuda, vacua, inania ſigna, ſed potiùs id, quod ſignificant & ob-*

Laudatur Confeſſio Thuronenſis.

& obſignant, ſimul verè exhibentia. Numero duodecimo: *Patet non ſolùm virtutem, efficaciam, operationem, beneficia Chriſti nobis præſentari & communicari, ſed inprimis ipſam ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti, ſeu ipſam illam victimam, quæ pro mundi vitâ data eſt, & in cruce mactata.* Si hæc capiantur ut jacent & ſonant, nihil meritò deſiderari ampliùs poterit.

IV. Turbant autem, quæ habentur numero ſeptimo: *Non ſtatuimus ullam incluſionem, inexiſtentiam* (hactenus benè) *coëxiſtentiam* (ſi verè manducatur ſubſtantia corporis Chriſti, quando manducatur benedictus panis, non poterit ſimpliciter omnis coëxiſtentia, quamvis ea inſenſibilis & inobſervabilis ſit, excludi) *aut localem & corporalem præſentiam* (ratione modi conceditur: non ita adeſt corpus, ut locum repleat, vel loco commenſuretur, quemadmodum ſecundum naturam corpora adeſſe ſolent: verè tamen adeſt) *aut talem elementorum cum Chriſti corpore unionem, per quam illud oraliter tam ab indignis & impiis, quàm à piis & fidelibus manducetur.* Manducari propriè, & non tropicè vel metaphoricè, in formali intrinſecâque ſuâ ratione includit, ut ore fiat. Nec ut verbis Dominicis veritas reſpondeat, à dignitate vel indignitate manducantium pendet.

Taxatur Confeſſio, quæ negat coëxiſtentiam &c.

V. Sed rem ipſam aliquantò preſſiùs conſideremus. Corporis Dominici pro nobis fracti, id eſt, lacerati, vulnerati & in mortem traditi, ſanguiniſque effuſi, ſive, ut verbo dicam, mortis Domini memoriam animis noſtris obverſari, & ſæpiùs, & quàm maximè fieri poteſt efficaciter innovari, unicè eſt ex re & ſalute noſtrâ. Ne igitur oblivio mortis Domini obrepat, vel oſcitanter de eâ cogitemus, ſed recordatio excitetur viva, ſeria & efficax; ideo Servator noſter ex pari in nos, quo ſuum pro nobis corpus tradidit ſanguinemque

Memoria crucifixi maximè neceſſaria.

In hanc memoriam S. Cœna eſt inſtituta.

nemque effudit, amore, illud ipſum pro nobis traditum corpus & effuſum ſanguinem nobis in Sacramento, quando benedictus panis comeditur & calix bibitur, manducandum & bibendum exhibet. Nullâ enim re aliâ recordatio, qualem diximus, magis & efficaciùs excitari poſſit. Innovabitur quidem memoria magni ducis aut regis pro populo ſuo & patriâ generosè mortui, ſi hiſtoria rei geſtæ recitetur, vel imago oculis objiciatur; longè autem magis, atque ita, ut animum validiùs moveat, percellat, penetret, ſi corpus ipſum defuncti adſit, præſensque ſiſtatur, etiamſi loculo ſit contectum, & ut in ſe eſt, conſpici nequeat.

Præſensq; corpus ſiſtitur & ſanguis, ut memoria ſit efficaciſſima.

Ita etiam, inquam, Servator noſter, ut efficaciſſima eſſet recordatio, & ad ſpem fiduciamque noſtram fulciendam potentiſſima, corpus pro nobis in mortem traditum ſanguinemque effuſum nos voluit comedere & bibere, ſacramento tamen quaſi contectum, ut in ſenſus non incurrat.

VI. Finem autem proximum & proprium hujus comeſtionis & bibitionis eſſe, ut mortis Dominicæ memoratio quàm maximè ſeria, viva & efficax peragatur, verba ipſa Domini, *Hoc facite ad mei commemorationem*, ab Apoſtolo expoſita nos dubitare non permittunt. Sed & cæteris ejus verbis, quibus, quum hoc ſacramentum inſtitueret, uſus fuit, claris & perſpicuis, *Accipite, edite, Hoc eſt corpus meum; Bibite, Hoc eſt ſanguis meus*, ſimplicem, ſed certam & indubitatam fidem habemus, etiamſi enuncient, quod captum noſtrum excedat, ab experimento ſenſuum ſit alienum, & exemplo careat: *captivantes* videlicet *omnem cogitationem, ut obediat Chriſto*. Quod niſi faciamus, omnia fidei dogmata evertemus. Ut autem quod credimus evidenter evincatur, hoc utimur argumento.

1 Cor. 11, 26.

2 Cor. 10, 5.

Quod

Quod Chriſtus, quando benedictum panem dedit & comedere juſſit, eos qui juxta huiuſmodi mandatum comederint, edere affirmavit, hoc ipſum ab illis editur. *Syllogiſmus pro τῷ ῥητῷ.*

Sed corpus ſuum Chriſtus, quando benedictum panem dedit & comedere juſſit, eos qui juxta hujuſmodi mandatum comederint, edere affirmavit.

Ergo Corpus Chriſti ab illis qui benedictum panem juxta mandatum Chriſti comederint, editur.

De ſanguine bibendo plane ſimilis fit ſyllogiſmus.

VII. Major extra omnem controverſiam eſt poſita. Minorem probant verba Domini, *Accipite, edite, Hoc eſt corpus meum; Bibite, Hoc eſt ſanguis meus.* Nam ſi Minor, quæ ſimplici & propriæ verborum *Edite, Bibite, Corpus, Sanguis*, ſignificationi innititur, non fuerit vera, ejus contradictoria erit vera, nempe Non adfirmaſſe Chriſtum, corpus ſuum ab ijs comedi, qui juxta ipſius mandatum panem benedictum comederint. Hæc autem contradictoria non poteſt eſſe vera. Ergo Minor noſtra erit vera. *Minor probatur à contradictoria propoſitione.*

IIX. Quòd hæc contradictoria non poſſit eſſe vera, ſic oſtenditur. Si eſſet vera, neceſſe foret impropriè, figuratè, & tropicè accipi vel vocabula EDITE, BIBITE; vel vocabula, CORPUS MEUM, SANGUIS MEUS, vel utraque. Nam ſi corpus, ſi ſanguis accipiantur pro ſigno & ſymbolo corporis ſanguiniſque Chriſti exhibente & applicante nobis fructum & effectum corpore pro nobis in mortem tradito & ſanguine effuſo partum; tum neceſſe eſt manducare & bibere idem eſſe quod credere. Sin edere & bibere capiuntur propriè, tum neceſſe fuerit corpus & ſanguinem accipi impropriè, & quidem non niſi pro mero & nudo ſigno, quod ſaltem ſignificet, quemadmodũ panis faciat ad alimoniam corporalem, ita quoque co.. s

 Chriſti

Chriſti facere ad ſpiritualem. Sed nullus horum exponendi modorum locum invenit. Ergò contradictoria Minoris ſuperiùs factæ non eſt vera.

IX. Quod jam nullus ex iſtis modis admitti poſſit, ita porrò probatur. Ex ipſo obſequio verbis Domini ab Apoſtolis præſtito manifeſtum eſt EDERE & BIBERE propriè ab ijs accepta fuiſſe, & accipi oportere. Ederunt enim re verà & biberunt. Non autem opus eſt addi, Ore ediſſe vel bibiſſe, ſive oralem manducationem & bibitionem memorari. Dictum enim eſt antea, de intrinſecâ & formali ratione manducationis & bibitionis propriè acceptarum eſſe, ut fiant ore: ſicut de ratione curſus vel ambulationis eſt, ut fiat pedibus; nec opus eſt dici pedeſtrem curſum vel ambulationem. Objicietur fortè, τὸ EDERE ſi referatur ad panem, & τὸ BIBERE ad vinum, tum propriè capi: ſin ad corpus & ſanguinem Chriſti, tùm impropriè. Reſpondeo, fieri non poſſe, ut unum ſimplex vocabulum ſemel prolatum adeo diverſis ſignificatibus ſit obnoxium. Si dixiſſet Servator diviſim & diſtinctè, Edite panem, & Edite corpus meum, tum perſuaderi poſſet priore loco propriè, & poſteriore impropriè capi. Sed non niſi ſemel & ſimpliciter prolatum, itidem non niſi unam & ſimplicem obtinere poteſt ſignificationem: non poteſt, inquam, ſimul & ſemel idem eſſe, quod Edere, & idem quod Credere. Prætereo quòd admodùm violentum ſit, ſi Edere & Bibere exponatur Credere. Nec in manducatione ſpirituali per fidem factâ Edere & Bibere diſtinguuntur.

Edere & bibere propriè, non figuratè accipienda.

Exc. 1.

Reſp.

X. Objicietur forſitan adhuc: Dixit etiam Servator Apoſtolis Lucæ XXII. 29: *Ego paciſcor vobis, prout pactus eſt mihi Pater meus, regnum, ut edatis & bibatis in menſâ meâ in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.*

Exc. 2.

Iſrael. Reſpondeo, hîc edere & bibere non capiuntur ſimul propriè & impropriè, ſimpliciter & metaphoricè, ſed ſaltem impropriè ſive metaphoricè. Nec Edere & Bibere hîc ſignificant Credere, ſed lætari & gaudere, quemadmodum homines in convivijs ſolent: ſicut Sedere gloriam & dignitatem ſignificat. Affinis loquutio occurrit Matth. IIX, II. Nihil igitur interpretatio iſta ad præſens negotium, in quo Edere exponitur, ut ſimul ſit & propriè edere, & credere. Adde iſta proferri in ſermone continuo & prolixo, ubi locus ſolet eſſe figuris & metaphoris. Hic autem in inſtitutione Euchariſtiæ ſermo eſt adſtrictus & conciſus, & ſimplex enunciatio, quâ, quid exhibeatur edaturque, indicatur. Eſtque quaſi reſponſio ad quæſtionem, quam inſtituere potuiſſent Apoſtoli, ſi dixiſſent, Domine, quid vis nos agere? reſpondet porrecto pane, Accipite & edite. Rurſus potuiſſent interrogare, jubes nos edere & panem porrigis, nec de eo poſſumus dubitare, quem ſenſu percipimus: porrigíſne nobis etiam aliud quid manducandum? reſpondet, Hoc eſt corpus meum. Ex his, ut ſpero, manifeſtum evadit, non poſſe ullo modo, quum dicitur, EDITE, HOC EST CORPUS MEUM, ſenſum eſſe, ut Edite relatum ad panem propriè capiatur; relatum verò ad corpus, impropriè, idemque ſit, quod Credite. Reſp.

XI. Si autem vel maximè poſſet poni quòd ſenſus τοῦ Edite ſit Credite, non tamen huic ſenſui aptari poterit ſignificatio verborum, Hoc eſt corpus meum. Nam exponi oportebit, Credite non quidem, quòd habeam verum & naturale corpus, ſed quòd corpore meo pro vobis in mortem tradito promeruerim vobis remiſſionem peccatorum & æternam ſalutem; & hæc beneficia per corporis mei paſſionem impetrata nunc vobis fide participanda offerri. Talis ſignifi- Edere cur non idem quod credere.

ſignificatio ſive totius enunciati HOC EST CORPUS MEUM, ſive prædicati CORPUS MEUM adeò eſt violenta & à communi concipiendi ratione, & ab omni exemplo, ſive ſcripturam ſive uſitatas loquutiones ſpectes, remota, ut nihil queat eſſe violentius vel remotius. Nempe *corpus meum* ſignificat beneficia per paſſionem & mortem corporis mei parta, & quidem hîc & nunc oblata. Quomodo autem offeruntur? Per fidem ſcilicet participanda. Si igitur abſit fides, tum nec offertur nec participatur corpus iſto quidem ſenſu, id eſt, fructus & effectus corporis in mortem traditi. Ergo participatio corporis ad eum modum intellecti non conjungitur cum ſacramento Euchariſtiæ, quatenus eſt ſacramentum Euchariſtiæ, ſed aliunde, nempe à fide, cui imputanda eſt, pendet. Quæ fides ſi abſit, tum etiam participatio, de quali loquimur, abeſt: ſi adſit, tum adeſt etiamſi nullum adminiſtretur ſacramentum. Tantundem igitur habetur ſine ſacramento, quàm cum ſacramento, & unio ſpiritualis ac myſtica cum Chriſto non minùs ſine ſacramento ſibi conſtat, quàm cum illo. Evidens eſt argumentum. Quod nec exhibet, nec efficit ſemper, ſed ab exhibito vel effectu ſeparari poteſt, id etiam omne, per ſe & quatenus ipſum nec exhibet, nec efficit. Sed ſacramentum Euchariſtiæ neque corpus Chriſti, eo, quo ſæpe dictum eſt, ſenſu intellectum, ſemper exhibet, neque ſpiritualem & myſticam cum Chriſto unionem ſemper efficit, ſed ab utroque aliquando ſeparatur, ſcilicet quando deeſt fides, & ſacramentum ab occulto infideli vel impio ſumitur. Ergo ſacramentum Euchariſtiæ omne, per ſe & quatenus ipſum, neque corpus Chriſti exhibet, neque myſticam cum Chriſto unionem efficit. Si jam ſacramentum Euchariſtiæ per ſe & quatenus ipſum nec exhibet, nec efficit, ſe-

eſt, ſequitur illud ſecundùm ſe & quatenus tale, eſſe merum & nudum exhibitionis & effectus ſignum. Hoc ſtare non poteſt cum ijs quibus confeſſio negat ſe ſtatuere *vacua & inania ſigna, ſed potiùs id quod ſignificant & obſignant ſimul verè exhibentia, & efficientia myſticam Chriſti nobiſcum unionem.* Ergo illa, è quibus id neceſſariò & evidenter colligitur, nempè quòd τὸ Edere ſignificet credere, & quòd corpus ſignificet beneficia, & fructum morte corporis partum, repudianda erunt.

Num. 10 & 11.

XII. Sicut autem ſubſiſtere non poteſt interpretatio, per quam Edere, ſit ſimul Edere & Credere; vel per quam non ſit niſi Credere; & per quam ἀκολούθως corpus ſit exhibitio beneficiorum corpore in mortem tradito partorum: ita quoque non poteſt ſubſiſtere interpretatio, per quam retineatur quidem ſimplex & propria ſignificatio τῦ Edere, quod omnino ore fit, quamvis non ſit neceſſarium manducationem oralem appellari; & per quam Corpus accipiatur pro ſigno & ſymbolo corporis, utique nudo & merè ſignificativo, quippe ſi Edere non ſit Credere, atque adeo ſi abſit fides, ſicut abeſſe poteſt, tum ſacramento quatenus ſacramento nihil relinquitur, niſi ut merum ſit ſignum vel ſymbolum, quemadmodum paulo ante oſtenſum. Hæc igitur interpretatio ad hunc modum ſe habebit, ut vocula HOC, quæ ſubjecti locum tenet, denotet panem benedictum, nec quicquam aliud; prædicatum autem Corpus meum, ponatur pro ſigno vel ſymbolo corporis figurante vel ſignificante, quòd quemadmodum panis cibus eſt terrenus & terrenam vitam ſuſtentat, ita corpus Chriſti pro nobis in mortem traditum & à nobis fide apprehenſum, cibus ſit ſpiritualis, nutriens animam in certam ſpem vitæ æternæ. Calvin. Inſtit. lib. IV, cap. 17, num. 3. *Quum*

Corpus nō poteſt ſignificare ſignum, ſi edere non eſt credere.

panis nobis in ſymbolo corporis Chriſti datur, hæc ſtatim concipienda eſt ſimilitudo, ut corporis noſtri vitam panis alit, ſuſtinet, tuetur; ita corpus Chriſti vegetandæ & vivificandæ animæ unicum eſſe cibum. Quum vinum in ſymbolum ſanguinis propoſitum intuemur, cogitandum quos corpori uſus vinum adferat, ut eoſdem ſpiritualiter adferri nobis Chriſti ſanguine reputemus.

Significatio corporis Calviniana violenta & inuſitata imò contraria.

XIII. Taceo, hujuſmodi ſignificationem corporis itidem violentam & prorſus arbitrariam eſſe, cujus exemplum nullum vel ex uſitato & communi loquendi modo, vel ex ſcripturâ proferri poſſit. Taceo, quòd hæc explicatio non modò ſit aliena ab uſitatâ loquendi ratione, ſed ei etiam contraria. Id enim in quo proprietas, quam exprimere cupimus, magis perſpicua & vulgò nota eſt, de eo, in quo minus perſpicua vel nota eſt, prædicatur, non contrà. Sic quem robuſtum & animoſum eſſe indicamus, eum leonem; quem vafrum, eum vulpem ſolemus dicere, quod leonis robur & vulpis aſtutia pridem omnibus innotuerint. Si itaque Servator docere voluiſſet, corpus ſuum modo, quo paulò ante expoſitum, alimoniam eſſe ſpiritualem, utique dixiſſet, *corpus meum eſt panis*; nam in pane vis alendi eſt notiſſima: ſicuti alibi dixit, *Ego ſum panis vitæ*. Item, *Ego ſum vitis vera*, quandoquidem in vite vis palmites vegetans manifeſta eſt. Hîc omnia ſunt contraria; neque enim dicitur, *Corpus meus eſt panis*, ſed inverſo ordine, *panis eſt corpus meum.* Sunt complura alia, quibus vis quædam ineſt reficiendi animum, & proinde tropicè & per metaphoram rectè dici poſſunt panis, qualia ſunt ſtudium Philoſophiæ, elegantia ſermonis, meditatio rerum ſacrarum, prædicatio divini verbi & Evangelij. Sed de his omnibus ſubjecti locum occupantibus metaphoricè prædicatur panis; & ſic ſatis intelligor, quid mihi velim, ſi dicam, Philoſophia eſt meus panis; atque

Illuſtratur id exemplis Joh. 6, 35. cap 15, 1.

Philoſophia rectè dicitur panis; non

atque ita de reliquis. Ut autem panis ſubjecti vicem fungatur, & Philoſophia prædicati, eſt contra omnem loquendi conſvetudinem, & enunciationem reddit vel difficilem intelligi; vel falſam. Nam ut vera ſit, neceſſe eſt panem itidem accipi figuratè & metaphoricè, hoc videlicet modo, Aliquis panis metaphoricè acceptus eſt Philoſophia, eſt elegans ſermo &c. ſi panis capiatur propriè, tum planè falſum fuerit, ſi dixeris, Panis eſt Philoſophia. Omnium autem minimè oſtenſo ſenſibili & materiali pane, rectè quiſquam dicere poterit, Hoc eſt Philoſophia. Quum itaque panis propter analogiam & convenientiam alendi ex ſe & ſuâ naturâ non magis ſit ſymbolum unius, quàm alterius, non magis corporis Chriſti, quàm Philoſophiæ vel cujuſcunque rei, quâ animus reficiatur; ſicut non obſtante analogiâ illâ prorſus incongruum fuerit, oſtenſo vel porrecto pane dicere, Hoc eſt Philoſophia; ita quoque dicere, Hoc eſt corpus Chriſti. Quæ quidem res ex ſe ſuâque naturâ ita eſt comparata, ut ſit alterius peculiaris rei imago, figura vel ſignum, de illâ hoc ipſum ſignatum prædicari poteſt: nihil enim ſecundum ſe eſt aliud, quam talis ſignati ſignum. Sic oſtendendo effigiem ad repræſentandum Titium factam, dicimus Hoc eſt Titius; ſed non ita ſe habet panis reſpectu corporis Chriſti, nempe ut ad illud peculiariter & diſtinctè ſignandum ſit factus vel comparatus. rectè dicitur panis eſt Philoſophia.

XIV. Perget tamen fortè & pertendet non nemo, etiamſi panis ſecundum ſe & naturam ſuam pluribus aptari poſſit; Chriſtum tamen, cum inſtitueret ſacramentum ſanctæ Euchariſtiæ peculiariter ſanxiſſe & ordinâſſe, ut in hoc ipſo ſacramento Panis ſit figura & ſymbolum corporis ſui, ſenſu videlicet hujuſmodi: Hic benedictus & fractus panis eſt ſymbolum mei corporis, quod in mortem traditum & Inſt.

fide

fide apprehenſum alit ſpiritualiter, ſicut panis ore comeſtus corporaliter. Ut enim panis propter alendi vim ſymbolum habeatur corporis Dominici, neceſſe eſt ipſum quoque corpus Domini tanquam ſpirituali alendi virtute præditum ſpectari. Neceſſe igitur eſt tanquam fide apprehenſum concipi, nam abſque fide neminem alit. (Reſp.) Talis autem acceptio corporis quum ſit, uti antea oſtenſum fuit, violenta & coacta, & exemplo, quo intellectus in concipiendo adjuvetur, vel juxta quod intelligi poſſit, careat; oportuiſſet id ipſum, ſi ita intelligi deberet, non ita nudè proferri, ſed pluribus diſertiùs & diſtinctiùs exponi. Sed id tantopere jam non urgeo, quàm ſi Corpus accipiatur non niſi pro ſigno corporis, ad eum, quô expoſitum eſt, modum, & non pro corpore verè & propriè ſic dicto, & ad prædicamentum ſubſtantiæ referendo; tum ſubſiſtere non poſſe, quod confeſſio profitetur, in hoc ſacramento *communicari* (Num 12) *nobis ipſam ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti*. Quin nulla omnino fuerit in hoc ſacramento præſentia veri proprieque dicti corporis Domini, corporis, inquam, quod pertineat ad prædicamentum ſubſtantiæ: quod ſolum eſt verum proprieque dictum corpus Domini.

(Inſt.) XV. Dicetur fortè, quòd fides rem, quamvis abſens ſit, præſentem faciat ſiſtatque. Sed quæro, quænam (Reſp.) fides? Num fides, quâ creditur Chriſtus habere corpus? vel fides, quâ creditur Chriſtus corpus ſuum pro nobis in mortem tradidiſſe & tradito nos redemiſſe? ſed abeſſe poteſt utraque, præſertim poſterior, atque ita ſacramento, quatenus tali, nihil relinquitur, uti pridem etiam oſtenſum. Hoc autem imprimis obſervandum, quòd fides non faciat rem præſentem ſecundùm eſſe ſuum, vel ſubſtantiam ſuam. Præſentia iſta tantum eſt intentionalis ſive notionalis.

Nempe

Nempe res, quæ concipitur & vera eſſe creditur, in intellectu eſt per ſpeciem intelligibilem, non per ſubſtantiam ſuam. Alioquin concipienti & credenti fuiſſe Alexandrum Magnum, eſſe Turcarum imperatorem, eſſe Sinas, Japoniam, Americam; hæc omnia ſecundùm verum eſſe ſuum præſentia forent. Quin in hoc ſacramento reapſe præſens eſſet ipſa oblatio corporis Chriſti in cruce facta, ſive ſpecie, ſive numero eadem. Quomodo ſanè ſacrificium, quale Pontificij ſtatuunt, egregiè ſtabiliretur. Per fidem itaque res ſecundùm eſſe ſuum vel ſubſtantiam ſuam non conſtituitur præſens.

XVI. Expoſitio itaque quam modò conſideramus, ſacramentum merum ſignum conſtituit, & omni vera reali que præſentia corporis Dominici denudat. Quod tamen abſurditatis ab ipſis contrariæ ſententiæ aſſertoribus damnatur. Nunc unum adduco Bezam, qui Alamannum Eccleſiæ Lugdunenſis turbatorem per literas increpat graviter, quòd nuda tantum ſigna adeſſe doceret. Dixerat Alamannus, *hoc inter nos conſtare puto, Chriſtum in illâ cœnâ non realiter neque verum corpus ſuum, ſed panem duntaxat & vinum dediſſe diſcipulis edendum & bibendum. Ego verò reſpondeo*, ait Beza, *perinde hoc eſſe, atque Chriſtum mendacij arguere; ut qui claris & perſpicuis verbis dicat, ſe illud ipſum corpus dare quod traditum eſt pro nobis, & illum ipſum ſanguinem pro nobis effuſum. Deinde, quis unquam niſi purus putus Anabaptiſta docuit Chriſtum dediſſe ſolummodo panem & vinum diſcipulis? Abſit igitur, abſit ut in iſtis tam horrendis blaſphemiis tibi aſſentiar. Imò contrarium affirmo, nempe Chriſtum non ſimpliciter panem & vinum, ſed corpus ſuum pro nobis paulo poſt traditum, & verum illum ſanguinem mox pro nobis effuſum, id eſt, ſemetipſum diſcipulis ſuis tunc verè dediſſe, & nunc Eccleſiæ ſuæ dare.* Si adeo à veritate abhorret,

Confeſſio Thor. alterâ manu aufert, quod una dedit.

Epiſt. 5.

Bezæ inconſtantia.

ret, dari in Euchariſtiâ duntaxat ſigna, & non dari verum corpus pro nobis traditum, & verum ſanguinem pro nobis effuſum; tum à veritate etiam aliena eſt hæc ipſa quæ nunc conſideratur expoſitio verborum Domini, per quam aliter accipere vel intelligere non licet.

Calvini inconſtantia. XVII. Hîc igitur id quoque obſervari oportet, Calvini de S. Euchariſtiâ doctrinam inſigni contradictione ſemetipſam conficere, atque eo nomine erroris non ſaltem ſuſpectam reddi, ſed planè convinci. Scribit Calvinus non uno loco, verum corpus, verum ſanguinem exhiberi. Inſtit lib. 4. cap. 7. n. 3. *Hoc verbum*, inquit, *nec mentiri nec illudere nobis poteſt, Accipite, Edite, Bibite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur; Hic eſt ſanguis, qui in remiſſionem peccatorum effunditur. Quod accipere jubet, ſignificat noſtrum eſſe; quod edere jubet, ſignificat* Num. 17. *unam nobiſcum ſubſtantiam fieri.* Paulò pòſt: *veram ſubſtantialemque corporis ac ſanguinis Domini communicationem, quæ ſub ſacris cœnæ ſymbolis fidelibus exhibeatur*, admittit. Itidem Tractatu de Cœnâ, qui primum locum inter Tractatus ejus Theologicos Genevæ junctim editos obtinet: *Quod ſi Deus nec fallere nec mentiri poteſt, conſequens eſt, ipſum omnia quæ illic ſignat, reipſa implere ac præſtare. Neceſſe eſt igitur nos in Cœnâ verè corpus & ſanguinem Chriſti recipere, quum utriuſque communionem Dominus nobis repræſentet. Quid enim ſibi vellet nos panem comedere ac vinum bibere, ut ſignificet carnem ipſius cibum eſſe noſtrum, & ſanguinem potum: ſi veritate ſpirituali prætermiſſâ, vinum & panem ſolummodo præberet? Nonne fruſtra & mendaciter hoc myſterium inſtituiſſet? & quod linguâ Galliâ dicimus falſis inſignibus? Ita fatendum eſt, ſi vera ſit repræſentatio, quam adhibet Deus in Cœnâ, ſubſtantiam interiorem ſacramenti viſibilibus ſignis conjunctam eſſe: & quemadmodum panis in manu diſtribuitur, ita corpus Chriſti, ut ejus participes ſimus*

ſimus, nobis communicari. Hoc certè etiamſi nihil eſſet, nobis abundè ſatisfacere deberet, quum intelligimus Chriſtum in Cœnâ veram propriamque ſui corporis ſubſtantiam donare, ut pleno jure ipſum poſſideamus, & poſſidendo in omnem bonorum ſocietatem vocemur.

XIIX. Quum ad iſtum modum ſcriberet Calvinus, viſus eſt Tigurinis, Zwinglianæ expoſitionis merum ſignum interpretantis (cum quâ Oecolampadiana convenit) tenacibus plura concedere, quàm ipſi vellent, & rectè concedi poſſe arbitrarentur. Explicat itaque mentem ſuam, & ſe ab ipſis non diſſentire conteſtatus, *Ne qua ambiguitas*, inquit, *reſtet, quum in cœlo quærendum eſſe Chriſtum dicimus, hæc loquutio locorum diſtantiam ſonat, & exprimit. Tametſi enim Philoſophicè loquendo ſuper cælos locus non eſt: quia tamen corpus Chriſti, ut fert humani corporis natura & modus, finitum eſt, & cœlo ut loco continetur: neceſſe eſt à nobis tanto locorum intervallo diſtare, quanto cœlum abeſt à terrâ.* Sic etiam Beza ipsâ illâ paulò antè citatâ epiſtolâ: *Sicut revera à noſtris oculis, acproinde à loco in quo Cœnam Domini celebramus, tam procul nunc abeſt Chriſti corpus, quàm abeſt cœlum à terrà: tamen quatenus hæc actio cœleſtis eſt, & fides noſtra in cœlum uſque ſubvehitur, ut Chriſtum quàm efficaciſſimè apprehendat, hoc ſanè reſpectu præſentiſſimam eſſe Chriſti carnem in cœna niſi fatearis, Cœnam Domini evacuas.* Sed fidem non veram & realem, ſed ſaltem intentionalem rei abſentis præſentiam inferre; & cum ſacramento non per ſe, ſed per accidens conjungi, pridem eſt dictum. Deprehendimus igitur in hâc doctrinâ duas propoſitiones ſibi contradictoriè oppoſitas, nempe, Verum corpus Chriſti ſecundùm ſubſtantiam ſuam in Euchaſtiâ adeſt, nobiſque exhibetur, Et, Verum corpus Chriſti ſecundùm ſubſtantiam ſuam non adeſt, quia videlicet à loco, in quo celebratur

Conſenſ. cum Tigur. c. 25.

Cœna, tam procul abeſt, quàm abeſt cœlum à terra; *nec alibi, quàm in cœlo, nec aliter, quàm mente & fidei intelligentiâ quærendum eſt:* ut in eodem cum Tigurinis conſenſu loquitur Calvinus. Quoad rem coincidit hæc contradictio cum alterâ, quæ itidem hinc emergit, nempe, Panis & vinum in Euchariſtiâ non ſunt nuda & vacua ſigna, tantùm ſignificantia & non exhibentia; Et, Panis & vinum ſunt nuda & vacua ſigna &c. Impoſſibile autem eſt doctrinam, quæ contradictoria proponat, à veritate non eſſe alienam.

cap. 21.

XIX. Videmus, quò à Tigurinis, ut conſenſum cum ipſis tueretur, redactus ſit Calvinus, ſcilicet, ut admittat corpus Chriſti ab Euchariſtiâ tanto intervallo diſtare, quanto cœlum abeſt à terrâ; & proinde ſymbola in Euchariſtiâ tantum eſſe ſignificantia, non exhibentia. Quod ipſum in doctrina Calvini novam parit contradictionem. Oecolampadius quidem (ut ſuæ hypotheſi erat congruum) libello, quem hac de re primum titulo de expoſitione verborum Domini edidit, non eſſe in hoc ſacramento quod vel miraculum ſit, vel hominis captum excedat, longo ſermone perſvadere conatur; & quum eum abſolviſſet, *Nunc,* ait, *ſatis eſt didiciſſe, non eſſe inſaniam, nec ſupra humanam rationem ſi intelligere conemur; quid ſit & quomodo ſe habeat hujus myſterij ratio.* At Calvinus longè aliter: *Quamquam,* inquit, *cogitando plus animus valet, quàm lingua exprimendo; rei tamen magnitudine ille quoque vincitur & obruitur. Itaque nihil demum reſtat, niſi ut in ejus myſterij admirationem prorumpam; cui nec mens planè cogitando, nec lingua explicando par eſſe poteſt.* Mox iterum diſertè profitetur, *eſſe arcanum ſublimius, quàm ut vel hominum ingenio comprehendi, vel enarrari verbis queat.* Idem priſci Eccleſiæ doctores ſenſerunt, nempe Euchariſtiam φρικτὸν & tremendum eſſe myſterium. At expoſitio illa poſterior, quam

Oecolampadij profana vox. Anno 1525.

Inſtit. lib. 4. c. 17. §. 7. Calvinus Oecolampadio religioſior.

§. 32

uam in conſenſu cum Tigurinis adhibet Calvinus, non ſuerat captum humanum, nec includit myſterium, quod nente comprehendi, vel verbis enarrari nequeat. Totum nim in hoc uno poſitum eſt; Quemadmodum panis faciat d alimoniam corporalem; ita corpus Chriſti facere ad ſpiritualem: atque eo reſpectu panem eſſe ſymbolum corporis Chriſti. Dices forte, quòd omnino ſit magnum myſterium, corpus Chriſti in mortem traditum & fide apprehenum eſſe ſpiritualem animæ alimoniam. Reſp. Quicquid ic fuerit myſterij, id ad Dominicam cœnam, quatenus eſt Dominica cœna ſive tale particulare ſacramentum, non pertinere, ſed Chriſtianam religionem & fidem & revelationem evangelicam in communi ſpectatam, concernere. Exc. Reſp.

XX. Quin auſim addere, ſi nihil hîc aliud fuerit, quàm ut panis ejuſmodi ſit ſymbolum, non opus fuiſſe peculiari aliquâ Chriſti inſtitutione, ſed ab Eccleſiâ potuiſſe ale ſacramentum inſtitui, quemadmodum eadem inſtituit, ut baptiſmo jungatur unctio, quæ itidem virtute operis per- ſcti nullum cœleſte & ſpirituale donum confert, vel ſupernaturalem effectum habet, ſed ſaltem ſignificat, quòd qui baptizantur conſtituantur *Reges & Sacerdotes Deo*. Hi enim interventu unctionis olim conſecrabantur. Animadverto M. Anton. de Dominis idem obſervâſſe lib. VI. cap. 5. n. 20. *Poſſemus*, inquit, *nos nobis inſtituere, ut panis ſemper ſignificet corpus Chriſti, ita ut quoties comedimus panem, toties in memoriam revocemus, Chriſtum pro nobis factum eſſe carnem.* Quàm deprimat igitur & dejiciat interpretatio iſta Sacramentum Euchariſtiæ, & omni ſublimitate, ac propemodum dignitate ſpoliet, & in cenſum rerum vulgarium, non modo contra communem veterum, ſed ipſius Calvini ſententiam redigat, manifeſtum eſt. Rectè autem ſuperioribus ſuis ſubjunxit

Si non aliud Sacramenti myſterium niſi quod panis ſit ſignum corporis, non opus fuiſſet Chriſti inſtitutione.

Apoc. 1, 6.

Append. ad Amb. §. 4.

junxit M. Ant. de Dominis: *Sed efficere, ut panis ita ſit nobis ſignum corporis Chriſti, ut in ipſius comeſtione ipſum verum & reale Chriſti corpus intra nos per divini ſpiritûs operationem recipiamus, quis adeo impius ſit, qui in humani intellectûs id ponat poteſtate?*

Repetitio priorum. XXI. Atque ita, ut ſpero, ſatis demonſtrata eſt Minor principalis noſtri ſyllogiſmi, dum oſtenſum, ejus contradictoriam non eſſe veram. Non eſſe autem veram hinc patuit, quòd ad veritatem ejus requiratur, vel τὸ comedere accipi, ut idem ſit quod Credere; aut ut ſit ſimul edere & Credere; vel Corpus accipi pro ſymbolo corporis, exhibente & applicante beneficia ſpiritualia per corpus pro nobis in mortem traditum & fide à nobis apprehenſum parta; vel accipi pro ſymbolo, quod tantùm ſignificet, & ex ſe nihil ſupernaturale exhibeat, vel nullum ſupernaturalem effectum habeat. Patuit autem nullam harum expoſitionum ſubſiſtere poſſe. Ergo agnoſcenda erit veritas minoris, nempe quòd Chriſtus, quando benedictum panem dedit & comedere juſſit, eos qui juxta hujuſmodi mandatum comederint, corpus propriè dictum, ſive corpus, quod ſit de prædicamento ſubſtantiæ, comedere, vocabulo comedendi itidem propriè accepto, affirmaverit. Hoc eſt præcipuum argumentum quo intellectum meum conſtringi fateor, ut à ſimplicitate & veritate verborum, quemadmodum jacent & ſonant acceptorum, recedere non audeam.

XXII. Poſſint adjungi alia, & id quoque obſervari, Scripturam quando mutat ſubjectum HOC, ejuſque loco Panem ponit, tum etiam mutare prædicatum. Nempe S. Paulus, *Panis*, inquit, *quem frangimus, eſt participatio corporis Domini*. Si jam panis figura & ſignum eſt corporis, atque itidem corpus Domini, quando de Euchariſtiâ agitur, figura & ſignum

Argumentum ex Paulo. 1Cor. 10,16

num eſt corporis Dominici; tum enunciatio illa Apoſto-
hunc habebit ſenſum; Panis, qui eſt figura corporis Do-
minici, eſt participatio figuræ corporis Dominici. Qui ſen-
s cum ſit abſonus & ineptus, argumento eſt corpus hîc,
& in illâ alterâ: *Hoc eſt corpus meum*, capiendum eſſe
opriè, non autem impropriè, figuratè & metonymicè.
hæ, ut dixi, de S. Euchariſtiâ loquutiones ſunt, quibus
ſa utitur ſcriptura: *Hoc*, quod ſcilicet præter panem (cu-
s præſentia indicio non eget) cum pane tamen ſive medi-
te pane accipitur & comeditur, *eſt corpus Domini*; Et, *Panis*
nedictus ac fractus *eſt participatio corporis Domini*. Scri-
uræ non eſt, ſed eccleſiaſtica, quæ poſtea uſurpari cœpit:
nis eſt corpus Domini.

XXIII. Hiſce annecti poterunt, quæ de manducan- Argumenta ex cap. 6. Johan.
carne & bibendo ſanguine Chriſti leguntur Joh. VI.
uum enim de ſpirituali manducatione ſui, quæ per fidem
, verba Servator feciſſet, & Judæi non caperent, dicentes,
omodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare, quam edamus? po- v. 52.
iſſet eos pauculis verbis abſolvere, & exponere, Car-
em ſuam non manducari propriè ſed impropriè; non re,
d fide. Sed ſi ſic expoſuiſſet, præjudicâſſet manducatio-
ſacramentali, quam poſt lapſum anni erat inſtituturus.
ergit igitur ſanctè adſeverare rem ita ſeſe brevi habitu-
m, & fore, ut qui ipſius carnem non ederit, & ſanguinem v. 53.
on biberit, ſive edere & bibere contempſerit, non habi-
rus ſit in ſe vitam. Non tantum hîc Judæi, ſed diſcipuli
noque offenduntur, dicentes: *Durus eſt hic ſermo; quis poteſt* v. 60.
m audire? Exiſtimantes ſine dubio, non poſſe dari alium
anducandæ carnis Chriſti modum, quàm uſitatum & vul-
rem illum, quo eſca dentibus laceratur & diſcerpitur.
otuiſſet Servator diſcipulis ſuis, quibus aliàs myſteria
diſertiùs

diſertiùs explicare ſoleret, vel uno verbo ſuccurrere, & dubium omne eximere, ſi non niſi de ſpirituali per fidem manducatione intelligi voluiſſet. Sed non facit, quia videlicet ſacramentalem ab illâ ſpirituali diverſam poſthac inſtituere in animo habebat: cui derogâſſet, ſi omnem ſui manducationem ad ſolam ſpiritualem reſtrinxiſſet. Auget itaque potius difficultatem, ut indicet verbis ſuis habendam eſſe fidem; nec ad captum ſenſuum & normam eorum, quæ vulgariter fiant, exigi oportere. *Hoccine*, inquit, *vos offendit?*
v. 61. quod ſcilicet dixi, carnem meam eſſe manducandum & ſanguinem bibendum. *Si igitur videritis filium hominis aſcendentem eò ubi erat prius?* in cœlos videlicet. Si non poteſtis credere, me dum in terris medius inter vos verſor, poſſe meam carnem manducandam præbere, multò minùs id ipſum credetis, poſtquam à vobis ſublatus cœlos adſcendero. *Spiritus eſt id, quod vivificat.* Spiritui igitur inclinanti
v. 63. ad fidem verbis meis, utut ingenij humani captum & uſitatum naturæ modum excedentibus habendam, nolite obniti. Sicut enim caro & ſanguis myſteria non revelat, ita quoque
Math. 16, 17. in dijudicandis *caro non prodeſt quidquam.* *Quæ* enim *ſunt Spiritûs Dei*; quæ à Divino Spiritu revelantur & per divinam potentiam præſtantur, *ea non percipit homo animalis*, id
1 Cor. 2, 14. eſt, carnalis, *qui habet intellectum & affectum depreſſos ad ſenſibilia*, ut benè exponit Lyranus. Et commentarius ſcriptoris Ambroſio coævi, inter opera Ambroſiana: *Pecoribus ſimilis ſenſum ſuum in terram deprimit: ideo non adſequitur niſi quæ videt, nec putat aliquid poſſe fieri, quàm quomodo ſcit: ideo quicquid aliter audit, quàm novit, ſtultum judicat. Ex eo* igitur
Joh. 6, 66. *multi diſcipulorum pedem retulerunt, nec ampliùs cum Chriſto verſabantur.* Quos paſſus eſt abire, nec ſtitit aut revocavit, quum verbo, ſicut diximus, retinere vel revocare potuiſſet,

et, niſi obſtitiſſet manducatio Sacramentalis vera & pro-
ia, quam inſtituere decreverat.

XXIV. Ultimo loco adduci poſſent teſtimonia pri- Argumenta ex antiquitate.
æ Eccleſiæ, niſi ea tractatio futura prolixior, quàm ut in-
tuto noſtro conveniat. Audiamus tamen breviter ali-
iot ſanctos martyres Jeſu, qui *draconem illum magnum &* Apoc. 17. 6. 12, 11.
tiquum ſerpentem vicerunt per ſanguinem Agni & per ſermonem
ſtimonij ſui; & animæ ſuæ prodigi fuerunt uſque ad mortem.
x ijs Ignatius inter hæreticos numerat eos, *qui non confiten-* Ignatius.
r Euchariſtiam eſſe carnem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, pro pec-
tis noſtris paſſam; epiſtolâ ad Smyrnenſes, è quâ verba iſta
rofert Theodoretus dialogo tertio. Juſtinus martyr, apo- Iuſtinus.
giâ ſecundâ: *Non ut vulgarem panem & potum iſta ſumimus,*
d incarnati illius Jeſu carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus.
Iac alimoniâ dicit ſanguinem & carnes noſtras ali, quia vi-
elicet aluntur pane & vino, quæ quamvis ſint medium,
ujus interventu participantur corpus & ſanguis Domini,
unt tamen & manent panis & vinum, & proinde vim nutri-
ndi non amittunt. Hinc alius martyr, Irenæus videlicet, Irenæus.
ucharistiam duabus rebus, terrenâ & cœleſti conſtare
ffirmat, libro IV, cap. XXXIV. *Quemadmodum*, inquit, *qui eſt*
terrâ panis percipiens vocationem Dei, jam non communis panis
ſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans terrenâ & cœleſti:
c & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, jam non ſunt cor-
uptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Idem libro V, cap. IV,
amquam paria reputat negare, quòd *Dominus ſanguine ſuo*
os redemit, & negare, quòd *calix Euchariſtiæ ſit communica-*
io ſanguinis ejus, & panis quem frangimus communicatio corporis
jus. Cyprianus martyr ſermone de lapſis, qui videlicet Cyprianus.
mmolaverant idolis, in hunc modum loquitur: *Mortiferos* Num. 13.
dolorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus etiamnum

ſcelus ſuum faucibus & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus invadunt. — Spretis his omnibus atque contemtis, vis infertur corpori ejus & ſanguini, & plus modò in Dominum manibus atque ore delinquunt, quàm quum Dominum negaverunt. Ex quibus Cypriani verbis liquet, eum non negare, quòd ab indignis ſumatur corpus Domini.

Obj. de manducatione indignorum.

XXV. Manducatio equidem indignorum facit, ut nonnulli ab admittendâ ſimplice verborum acceptione & verâ comeſtione corporis propriè dicti ſint alieniores. Videtur enim ipſis incongruum, verum corpus Domini ab indignis manducari. Cæterùm neceſſe eſt verba Domini veritatem ſuam obtinere, ſive ad dignos proferantur & referantur, ſive ad indignos. Et minor principalis noſtri ſyllogiſmi ſuperiùs facti, quum dicit, *eos qui juxta hujuſmodi mandatum comederint*, omnes ſacramento ſecundùm inſtitutionem utentes comprehendit, etiam indignos. Imò quantum indignis confertur, tantum confertur per ſacramentum, quatenus ſacramentum eſt: cætera fructum ſpiritualem & applicationem meritorum Chriſti ſpectantia per fidem conferuntur, & non per ſacramentum. Obſervandum autem, indignos illos nihilominus Chriſtianos eſſe, & ſaltem occultè indignos. Nam ſi de indignitate eorum conſtet, non admittuntur. Sunt itaque membra viſibilis Eccleſiæ, & eatenus corporis Chriſti. *Non eſt impiis & incredulis*, ait alicubi Bucerus, *ſed indignis Chriſtianis conceſſum, quod illis concedit Chriſtus & Paulus*. Mirum enim non eſt, quòd hiſce benignus & φιλάνθρωπος Servator, ut ad cor redeant, compungantur, & ad pœnitentiam invitentur, corpus ſuum in ſacramento, ſine ullâ ſui paſſione vel injuriæ ſenſu, velit exhibere, quod olim ad eorumdem redemtionem & ſalutem impijs cum verâ ſui paſſione & acerbiſſimo cruciatuum ſenſu flagellandum

m & torquendùm exhibuit. Cæterùm dices, qui in- Inſtantia.
gnè ſumunt, *rei ſunt corporis & ſanguinis Domini*, quòd *non* 1. Cor. 11, verſ. 27
cernant corpus Domini, id eſt, quòd majore reverentiâ & & 29.
rgatiore conſcientiâ ad id ſumendum non accedant,
àm ſi vulgaris eſſet cibus. Reſpondeo, hoc ipſum facit Reſp.
o verâ præſentiâ veri corporis. Nam ſi non adſit corpus
cundùm ſe, ſed nuda quædam corporis figura, unde ut ac-
ratâ adeo diſcretione, quæ neglecta damnationem indu-
t, opus ſit? Interim etiamſi per hujuſmodi negligentiam
indiſcretionem ab indigno Chriſtiano peccetur in corpus
omini, reapſe tamen non magis patitur aut læditur, quàm
eus, quando in ipſum itidem ab hominibus peccatur.

XXVI. Declaratur ulteriùs. Servatore in terris in-
r homines agente multum fuit corporaliter cum eo con-
rſari, ei adſidere, tangere, colloqui: abſque fide tamen id
on erat ſalutiferum. Poſitâ verò fide potuit ab homine
o dici, Adſociatus ſum Chriſto corporaliter & ſpirituali-
r: & adſociatio corporalis proficit mihi ad ſpiritualem, ut
ıàm propinquus ſum corpore, tam propinquus quoque
n, & magis etiam, animo & ſpiritu. Quin Chriſtus corpo-
lem adſociationem exhibebat propter ſpiritualem, quam-
s non deeſſent, qui etiamſi corporali fruerentur, ad ſpiri-
alem tamen & ſalutarem cum ipſo ſocietatem & unio-
em non pertingerent. Sic etiam in ſanctâ Euchariſtiâ cor-
oris ſui cum corpore noſtro indiſtantem conjunctionē ex-
bet, ut per eam ſpiritualis promoveatur, augeſcat, & altio-
s indies radices agat, quamvis non deſint, qui ob ſuā ipſo-
m culpâ nullâ ſpirituali, ſed ſolâ illâ alterâ potiantur; quæ
men ipſa, niſi obicē illi ponerent, ſpirituali efficiendæ ido-
ea. Hæc obiter de manducatione indignorum, unde pa-
eat, eam nec negari oportere, nec veræ præſentiæ veri cor-
oris obſtare.

XXVII. Sed in hunc ſermonem ex occaſione verborum Cypriani delapſi fuimus. Neque verò antiquitatis teſtimonia accuratiùs excutiendi hîc locus eſt. Quod primis ſeculis communiter Chriſtianis improperatum fuit, eos humanâ carne veſci, ex doctrinâ de hoc ſacramento ad gentiles perperam, ut fieri ſolet, delatâ ſine dubio manavit. Hinc qui pro Chriſtianis apologias ſcripſerunt, neceſſe habuerunt à ſe ſuiſque amoliri ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, *humanarum carnium eſcas*, ut Juſtinus; Θυέστεια δεῖπνα, ut Athenagoras; ἀνθρωποφαγίας, ut Tatianus loquitur. E Latinis Tertullianus: *Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo inde.* In dialogo Minutij Felicis Cæcilius paganus objicit Octavio Chriſtiano: *Infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur.* Sed hæc nunc miſſa faciamus.

XXIIX. Minorem principalis noſtri ſyllogiſmi dudum demonſtravimus refutando contradictoriam ejus, & oſtendendo, quòd nulla expoſitio, quæ verba EDITE, BIBITE, CORPUS, SANGUIS, à proprio & genuino ſignificatu ad improprium, peregrinum & figuratum transferat, ſubſiſtere poſſit. Quamquam, ut verum fatear, ad tale quid oſtendendum, qui ſimplici, nativo, & uſitato ſenſui inhæret, non tenetur. At hinc qui recedendum eſſe affirmant, eos evincere oportet, ſententiam, quæ è propriâ & uſitatâ acceptione emergat, pronunciare, quod ſit evidenter abſurdum; aut quod Deo indignum; aut quod ne quidem per divinam potentiam fieri poſſit; aut quod cum veritate & voluntate divinâ aliunde certâ & è dictis extra controverſiam poſitis manifeſtâ, directè pugnet. Aliquid, inquam, horum liquidò demonſtrare & evincere oportet eos, qui perſuadere nobis cupiunt, ut repudiatâ propriâ & uſitatâ acceptione, impropriam & inuſitatam recipiamus.

Reformatos potius quàm nos oſtendere oportet eſſe hic literam abſurdam.

cipiamus. Niſi enim aliquid horum rationibus efficacibus omnique exceptione majoribus priùs evincatur, mens & conſcientia ad peregrinos ſenſus delapſa, numquam tranquilla, numquam tuta eſſe poterit: quin ſemper neceſſe habebit Deum indignantem & increpantem metuere; Quare perſpicuè loquenti fidem non habuiſti? quare meam veracitatē & potentiam in dubium vocaſti? quare majorem anguſtæ tuæ capacitatis, quàm meæ immenſitatis rationem habuiſti? Urgentiſſimam itaque rationem oportet eſſe, ob quam ſimplici & proprio ſenſui improprius & figuratus præferatur; & ſi ullibi, in primis hoc noſtro in negotio, ubi nova inſtitutio, novumque mandatum, & peculiaris ac ſupremus ſermo Domini ad Apoſtolos, breviſque & conciſus. Alia ratio prolixarum ad populum concionum, in quibus tropi & figuræ rectiùs locum inveniunt.

Idque urgentiſſimâ ratione.

XXIX. Videamus paucis, num ejuſmodi urgens ratio ulla dari queat. Si qua fuerit, hæc erit, quòd ſui corporis præſentiam exhibere, & manducationem concedere divinæ Christi Domini potentiæ prorſus ſit impoſſibile. Ad eum autem modum impoſſibile, ut ne quidem per infinitam potentiam fieri poſſit, id tantum eſt, quod implicat contradictionem, & ponit rem ſimul eſſe & non eſſe. Ut rei præſenti accommodetur, dicendum fuerit implicare contradictionem, ſi corpus Chriſti ſtatuatur alicubi eſſe, ubi loco non commenſuretur, vel locum non repleat, vel loco alia corpora non extrudat. Hæc enim propriè convenire omni verò corpori. Quum autem corpori Chriſti, ut in Euchariſtiâ eſt, adimantur, hinc effici, eſſe in Euchariſtiâ verum corpus Chriſti, & non eſſe. Sed vix credo quemquam eruditum huic argumento multùm tribuere. Notum enim eſt, quòd eſſe in loco, & loco coëxtendi, non ingrediatur de-

Quæ non eſt in impoſſibili.

finitionem corporis, nec ſit de ejus eſſentiâ, ſed accidens, & ne id quidem abſolutum; quod proinde ſalvâ eſſentiâ & ſine implicatione contradictionis per divinam omnipotentiam removeri poſſit. Supremum cœlum juxta Philoſophos in loco non eſt. Chriſtus autem *ſublimior cœlis factus*, Hebr. VII, 26. *Adſcendit longè ſupra omnes cœlos*, Eph. IV, 10: nobis ſcilicet ex influentiâ & motibus cognitos. Quin ſi ab humanâ naturâ per omnipotentiam divinam removeri poteſt ſalvâ naturæ ſubſtantiâ modus exiſtendi ſubſtantialis, quod factum eſſe myſterium incarnationis & unionis perſonalis liquidò comprobat; multo magis, eâdem ſubſtantiâ ſalvâ removeri poterit modus exiſtendi accidentalis in commenſuratione ad locum poſitus.

Nec in oraculo Petri. Act. 3 21.

XXX. Major difficultas videtur eſſe in hoc, quòd corpus Chriſti cœlum non deſerat, (*eum enim oportet cœlo recipi, uſque ad tempora reſtitutionis omnium*) & nihilominus ſtatuatur eſſe in terris ubicumque celebratur Euchariſtia, quod ſimul & ſemel in pluribus locis ſæpe fit. At corpus Chriſti ſecundùm ſubſtantiam ſuam unum numero corpus. Dum autem eſt in cœlo, & ſimul ubicumque celebratur Euchariſtia, multiplicatur ejus præſentia, quæ multiplicari non poſſe videtur, niſi multiplicato ſubjecto, cujus eſt præſentia. Erit igitur unum, & non erit unum. Reſpondeo, præſentiam in aliquo Ubi non eſſe niſi accidens quoddam, includens reſpectum ſive habitudinem ad locum vel ad Ubi. Quod ipſum accidens ſubjecto ſive ſubſtantiâ, cujus eſt accidens, planè poſterius eſt, & ab eo diverſiſſimum & adeo diſtinctum, ut per potentiam divinam penitus removeri poſſit. Sicut itaque non ſequitur, Ab hoc corpore reſpectus ad Ubi potentiâ divinâ tollitur, Ergo ipſa corporis ſubſtantia deſtruitur: ita quoque non ſequitur, Hujus corporis

poris

poris præſentia vel reſpectus ad Ubi potentiâ divinâ multiplicatur, Ergo ipſum corpus ſecundùm ſubſtantiam multiplicatur. Neque verum eſt, Quodcumque eſt in pluribus Ubi, id unum non eſt. Deus enim maximè ac perfectiſſimè unus eſt, in omnibus tamen eſt Ubi; & ſi mundum ab hoc diverſum crearet, qui hunc nullâ parte contingeret, in illo non minus quàm in hoc præſentiſſimus foret, unitate penitus illibatâ. Dices, Deum unum infinitum eſſe; & infinitate, hincque manante immenſitate ubique eſſe, nec unitati ejus propterea derogari: at corpus eſſe unam ſubſtantiam finitam. Reſp. ſubſtantiam rerum finitarum genere ſuo & differentiâ finiri, nempe quòd non quamvis quarumvis rerum perfectionem, ſed ſaltem ſuam ſibi juxta naturæ ſuæ modum debitam contineant. Hinc quidem conſequitur, ut naturaliter non ſint niſi in uno Ubi. Sed ſi per omnipotentiam divinam ſupra naturæ ſuæ conditionem eleventur, & præſentiam in pluribus Ubi ſortiantur; nihilominus retinent tum finitatem tum unitatem ſuæ ſubſtantiæ, pluralitate videlicet illâ ſubſtantiam intrinſecus non immutante, ſed ſaltem extrinſecus afficiente, & habitudinem naturalem ad præſentiam in uno Ubi non abolente. Breviter ad tollendam contradictionis implicationem, quæ rem extra omnem poſſibilitatis ſphæram ponat, ipſique omnipotentiæ divinæ ſubtrahat, ſatis eſt intelligere, quòd aliud ſit ſubſtantia corporis, aliud præſentia in uno vel pluribus Ubi, & quod hujuſmodi præſentia neque corporis eſſentiam ullo modo conſtituat, neque definitionem ingrediatur. Quin valet hîc quoque argumentum ſuperiùs factum. Poteſt removeri, quin actu remotus eſt à naturâ Chriſti humanâ, & quidem in perpetuum, modus exiſtendi ſubſtantialis, naturaliter debitus; nempe non ſuâ propriâ humanâ hypo-

Inſtantia.

Reſp.

ſtaſi

ſtaſi, ſed divinâ Verbi ſubſiſtit & ſubſtantialiter terminatur ac completur, nullatenus propterea imminutâ ejus integritate & eſſentiâ. Ergo multò magis poterit ad tempus aliquod removeri modus ſubſiſtendi accidentalis, naturæ corporis alioquin conveniens; & tribui talis, qualis à naturâ ſpirituum non eſt alienus: nam etiam anima tota eſt in quaſibet parte corporis, & proinde etiam tota, quippe indiviſibilis, in pluribus Ubi.

Probatur exemplis Scripturæ multiplicata præſentia corporis Chriſti.

XXXI. Sed hæc, fortè intricatoria, linquamus, & conferamus nos ad Scripturas, in quibus, quantum quidem humanus intellectus capere poteſt, exemplum multiplicatæ præſentiæ corporis Chriſti exhibetur. In confeſſo eſt Chriſtum ex quo in cœlos ſecundùm humanam ſuam naturam adſcendit, in cœlis manere uſque ad tempora reſtitutionis omnium. Idem tamen poſt illam ſuam adſcenſionem viſus fuit ſancto Apoſtolo Paulo. Factus quidem erat conſpicuus quadraginta illis diebus, quibus poſt reſurrectionē ſuā in terris commoratus eſt, at *non toti populo, ſed teſtibus, quos ipſe priùs deſignaverat;* inter quos eo tempore nondum erat Paulus. Viſio itaque Pauli neceſſariò referenda ad apparitionem factam in itinere Damaſceno. De quâ ad ipſum Ananias: *Jeſus viſus eſt tibi in viâ, quâ veniebas.* Item: *Deus patrum noſtrorum deſignavit te, qui videres juſtum illum, & audires vocem ex ore ipſius.* Servator ipſe ad Paulum: *Viſus ſum*, vel, *apparui tibi.* Hinc ſe oculatis reſurrectionis Chriſti teſtibus annumerat, 1 Cor. IX, 1: *Nonne Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum vidi?* Rurſus 1 Cor. XV, 5: *Viſus eſt*, inquit, *Cephæ; deinde duodecim illis; poſtea ampliùs quàm quingentis fratribus ſimul; poſtea Jacobo; deinde Apoſtolis omnibus: noviſſimè autem omnium, velut abortivo viſus eſt etiam mihi;* oculis videlicet corporeis, quemadmodum viſus fuerat Cephæ & cæteris priùs

Act. 10, 41

Act. 9, 17. 22, 14. 26, 16.

is commemoratis teſtibus. Non autem ſublatus fuit tempore Paulus in cœlum, ſed ſolo alliſus in terrâ pro- uit. Ergo apparuit Chriſtus, qui cœlos tamen interea deſerebat, in aëre terris vicino; & è propinquo loquu- eſt, ut ex ore ejus vocem audiret Paulus.

XXXII. Tradunt Aſtronomi, tantam eſſe diſtan- n cœli ſtellati à terris, ut ſi inde lapis decidat, centum iorum ſpatio terram contingere nequeat. At Chriſtus pore ſuo è terrâ adſpicientibus Apoſtolis elevatus, cendit ſuper omnes cœlos, & ad terminum breviſſimo npore, eodem ſanè die, quod nemo temerè negaverit, rvenit. Quod ſi rectè perpendatur, nihilominùs mirum , & vix aliud quid, quàm corpus idem in pluribus ſimul e locis. Tradunt ijdem, cœlum illud, quod diximus ſtel- um fixarum in unâ ſecundâ, quam vocant, ſive ſexage- nâ parte minuti conficere iter ſexcentorum quadraginta um millium octingentorum & quadraginta octo millia- im germanicorum, atq; adeo emetiri ſpatium centies de- es & novies ampliùs, quàm ſit univerſus ambitus orbis rrarum; idq; ordinariè & naturaliter. Corpus adeo vaſtũ ntillo, momentulo & propemodum in ictu oculi per tan- m, & humanum captum propemodum excedens ſpatium overi & ferri non minùs incredibile eſt, quàm corpus ali- iod ſimul in pluribus eſſe locis. Quin vix aliud eſt, quàm mul & eodem momento in pluribus eſſe locis. Et fit tamen on immediatè per divinam omnipotentiã, ſed per virtutẽ uſarum ſecundarũ cum generali concurſu cauſæ primæ.

Simile ex Aſtronomia.

XXXIII. Non poteſt itaque non eſſe periculoſum, os homunciones, qui ne unius quidem muſcæ vel formi- æ, nec partium, quibus ipſi conſtamus, animæ corporiſvè oſtri naturam perfectè cognitam habemus, clara Domi-

Cœna, tam procul abeſt, quàm abeſt cœlum à terra; *nec alibi, quàm in cœlo, nec aliter, quàm mente & fidei intelligentiâ quærendum eſt:* ut in eodem cum Tigurinis conſenſu loquitur
cap. 21. Calvinus. Quoad rem coincidit hæc contradictio cum alterâ, quæ itidem hinc emergit, nempe, Panis & vinum in Euchariſtiâ non ſunt nuda & vacua ſigna, tantùm ſignificantia & non exhibentia; Et, Panis & vinum ſunt nuda & vacua ſigna &c. Impoſſibile autem eſt doctrinam, quæ contradictoria proponat, à veritate non eſſe alienam.

XIX. Videmus, quò à Tigurinis, ut conſenſum cum ipſis tueretur, redactus ſit Calvinus, ſcilicet, ut admittat corpus Chriſti ab Euchariſtiâ tanto intervallo diſtare, quanto cœlum abeſt à terrâ; & proinde ſymbola in Euchariſtiâ tantum eſſe ſignificantia, non exhibentia. Quod ipſum in doctrina Calvini novam parit contradictionem. Oecolampadius quidem (ut ſuæ hypotheſi erat congruum) libello, quem hac de re primum titulo de expoſitione verborum Domini edidit, non eſſe in hoc ſacramento quod vel miraculum ſit, vel hominis captum excedat, longo ſermone perſvadere conatur; & quum eum abſolviſſet, *Nunc,* ait, *ſatis eſt didiciſſe, non eſſe inſaniam, nec ſupra humanam rationem ſi intelligere conemur, quid ſit & quomodo ſe habeat hujus myſterij ratio.* At Calvinus longè aliter: *Quamquam,* inquit, *cogitando plus animus valet, quàm lingua exprimendo; rei tamen magnitudine ille quoque vincitur & obruitur. Itaque nihil demum reſtat, niſi ut in ejus myſterij admirationem prorumpam; cui nec mens planè cogitando, nec lingua explicando par eſſe poteſt.* Mox iterum diſertè profitetur, *eſſe arcanum ſublimius, quàm ut vel hominum ingenio comprehendi, vel enarrari verbis queat.* Idem priſci Eccleſiæ doctores ſenſerunt, nempe Euchariſtiam φρικτὸν & tremendum eſſe myſterium. At expoſitio illa poſterior, quam

Oecolampadij profana vox. Anno 1525.

Inſtit. lib. 4. c. 17. §. 7. Calvinus Oecolampadio religioſior.

§. 32

uam in conſenſu cum Tigurinis adhibet Calvinus, non ſu-
erat captum humanum, nec includit myſterium, quod
nente comprehendi, vel verbis enarrari nequeat. Totum
nim in hoc uno poſitum eſt; Quemadmodum panis faciat
d alimoniam corporalem; ita corpus Chriſti facere ad ſpi-
itualem: atque eo reſpectu panem eſſe ſymbolum corpo-
is Chriſti. Dices forte, quòd omnino ſit magnum myſte- Exc.
ium, corpus Chriſti in mortem traditum & fide apprehen-
um eſſe ſpiritualem animæ alimoniam. Reſp. Quicquid Reſp.
ic fuerit myſterij, id ad Dominicam cœnam, quatenus eſt
Dominica cœna ſive tale particulare ſacramentum, non per-
inere; ſed Chriſtianam religionem & fidem & revelatio-
em evangelicam in communi ſpectatam, concernere.

XX. Quin auſim addere, ſi nihil hîc aliud fuerit, quàm ut panis ejuſmodi ſit ſymbolum, non opus fuiſſe pe-
uliari aliquâ Chriſti inſtitutione, ſed ab Eccleſiâ potuiſſe
ale ſacramentum inſtitui, quemadmodum eadem inſtituit,
t baptiſmo jungatur unctio, quæ itidem virtute operis per-
cti nullum cœleſte & ſpirituale donum confert, vel ſuper-
aturalem effectum habet, ſed ſaltem ſignificat, quòd qui
aptizantur conſtituantur *Reges & Sacerdotes Deo.* Hi enim
nterventu unctionis olim conſecrabantur. Animadverto Apoc. 1, 6.
M. Anton. de Dominis idem obſervâſſe lib. VI. cap. 5. n. 20.
Poſſemus, inquit, *nos nobis inſtituere, ut panis ſemper ſignificet* Append. ad Amb. §. 4.
corpus Chriſti, ita ut quoties comedimus panem, toties in memo-
riam revocemus, Chriſtum pro nobis factum eſſe carnem. Quàm
deprimat igitur & dejiciat interpretatio iſta Sacramentum
Euchariſtiæ, & omni ſublimitate, ac propemodum dignitate
ſpoliet, & in cenſum rerum vulgarium, non modo contra
communem veterum, ſed ipſius Calvini ſententiam redi-
gat, manifeſtum eſt. Rectè autem ſuperioribus ſuis ſub-

Si non aliud Sacramenti myſterium niſi quod panis ſit ſignum corporis, non opus fuiſſet Chriſti inſtitutione.

junxit M. Ant. de Dominis: *Sed efficere, ut panis ita ſit nobis ſignum corporis Chriſti, ut in ipſius comeſtione ipſum verum & reale Chriſti corpus intra nos per divini ſpiritûs operationem recipiamus, quis adeo impius ſit, qui in humani intellectus id ponat poteſtate?*

Repetitio priorum.

XXI. Atque ita, ut ſpero, ſatis demonſtrata eſt Minor principalis noſtri ſyllogiſmi, dum oſtenſum, ejus contradictoriam non eſſe veram. Non eſſe autem veram hinc patuit, quòd ad veritatem ejus requiratur, vel τὸ comedere accipi, ut idem ſit quod Credere; aut ut ſit ſimul edere & Credere; vel Corpus accipi pro ſymbolo corporis, exhibente & applicante beneficia ſpiritualia per corpus pro nobis in mortem traditum & fide à nobis apprehenſum parta; vel accipi pro ſymbolo, quod tantùm ſignificet, & ex ſe nihil ſupernaturale exhibeat, vel nullum ſupernaturalem effectum habeat. Patuit autem nullam harum expoſitionum ſubſiſtere poſſe. Ergo agnoſcenda erit veritas minoris, nempe quòd Chriſtus, quando benedictum panem dedit & comedere juſſit, eos qui juxta hujuſmodi mandatum comederint, corpus propriè dictum, ſive corpus, quod ſit de prædicamento ſubſtantiæ, comedere, vocabulo comedendi itidem propriè accepto, affirmaverit. Hoc eſt præcipuum argumentum quo intellectum meum conſtringi fateor, ut à ſimplicitate & veritate verborum, quemadmodum jacent & ſonant acceptorum, recedere non audeam.

Argumentum ex Paulo. 1Cor 10,16

XXII. Poſſint adjungi alia, & id quoque obſervari, Scripturam quando mutat ſubjectum HOC, ejuſque loco Panem ponit, tum etiam mutare prædicatum. Nempe S. Paulus, *Panis*, inquit, *quem frangimus, eſt participatio corporis Domini.* Si jam panis figura & ſignum eſt corporis, atque itidem corpus Domini, quando de Euchariſtiâ agitur, figura & ſignum

ſignum eſt corporis Dominici; tum enunciatio illa Apoſto-
i hunc habebit ſenſum; Panis, qui eſt figura corporis Do-
minici, eſt participatio figuræ corporis Dominici. Qui ſen-
ſus cum ſit abſonus & ineptus, argumento eſt corpus hîc,
it & in illâ alterâ: *Hoc eſt corpus meum*, capiendum eſſe
proprię, non autem improprię, figuratè & metonymicè.
Et hæ, ut dixi, de S. Euchariſtiâ loquutiones ſunt, quibus
pſa utitur ſcriptura: *Hoc*, quod ſcilicet præter panem (cu-
us præſentia indicio non eget) cum pane tamen ſive medi-
nte pane accipitur & comeditur, *eſt corpus Domini;* Et, *Panis*
enedictus ac fractus *eſt participatio corporis Domini.* Scri-
turæ non eſt, ſed eccleſiaſtica, quæ poſtea uſurpari cœpit:
anis eſt corpus Domini.

XXIII. Hiſce annecti poterunt, quæ de manducan- Argumenta ex cap. 6. Johan.
â carne & bibendo ſanguine Chriſti leguntur Joh. VI.
Quum enim de ſpirituali manducatione ſui, quæ per fidem
t, verba Servator feciſſet, & Judæi non caperent, dicentes,
uomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare, quam edamus? po- v. 52.
iſſet eos pauculis verbis abſolvere, & exponere, Car-
em ſuam non manducari proprię ſed improprię; non re,
d fide. Sed ſi ſic expoſuiſſet, præjudicâſſet manducatio-
ſacramentali, quam poſt lapſum anni erat inſtituturus.
ergit igitur ſanctè adſeverare rem ita ſeſe brevi habitu- v. 53.
m, & fore, ut qui ipſius carnem non ederit, & ſanguinem
on biberit, ſive edere & bibere contempſerit, non habi-
rus ſit in ſe vitam. Non tantum hîc Judæi, ſed diſcipuli
ioque offenduntur, dicentes: *Durus eſt hic ſermo; quis poteſt* v. 60
m audire? Exiſtimantes ſine dubio, non poſſe dari alium
anducandæ carnis Chriſti modum, quàm uſitatum & vul-
rem illum, quo eſca dentibus laceratur & diſcerpitur.
tuiſſet Servator diſcipulis ſuis, quibus aliàs myſteria
diſertiùs

diſertiùs explicare ſolèret, vel uno verbo ſuccurrere, & dubium omne eximere, ſi non niſi de ſpirituali per fidem manducatione intelligi voluiſſet. Sed non facit, quia videlicet ſacramentalem ab illâ ſpirituali diverſam poſthac inſtituere in animo habebat: cui derogâſſet, ſi omnem ſui manducationem ad ſolam ſpiritualem reſtrinxiſſet. Auget itaque potius difficultatem, ut indicet verbis ſuis habendam eſſe fidem, nec ad captum ſenſuum & normam eorum, quæ
v. 61. vulgariter fiant, exigi oportere. *Hoccine, inquit, vos offendit?* quod ſcilicet dixi, carnem meam eſſe manducandam & ſanguinem bibendum. *Si igitur videritis filium hominis aſcendentem eò ubi erat prius?* in cœlos videlicet. Si non poteſtis credere, me dum in terris medius inter vos verſor, poſſe meam carnem manducandam præbere, multò minùs id ipſum credetis, poſtquam à vobis ſublatus cœlos adſcen-
v. 63. dero. *Spiritus eſt id, quod vivificat.* Spiritui igitur inclinanti ad fidem verbis meis, utut ingenij humani captum & uſitatum naturæ modum excedentibus habendam, nolite obniti. Sicut enim caro & ſanguis myſteria non revelat, ita quoque
Matth. 16, in dijudicandis *caro non prodeſt quidquam. Quæ* enim *ſunt*
17. *Spiritûs Dei,* quæ à Divino Spiritu revelantur & per divi-
1 Cor. 2, 14. nam potentiam præſtantur, *ea non percipit homo animalis*, id eſt, carnalis, *qui habet intellectum & affectum depreſſos ad ſenſibilia*, ut benè exponit Lyranus. Et commentarius ſcriptoris Ambroſio coævi, inter opera Ambroſiana: *Pecoribus ſimilis ſenſum ſuum in terram deprimit: ideo non adſequitur niſi quæ videt, nec putat aliquid poſſe fieri, quàm quomodo ſcit: ideo quicquid aliter audit, quàm novit, ſtultum judicat.* Ex eo igitur
Joh. 6, 66. *multi diſcipulorum pedem retulerunt, nec ampliùs cum Chriſto verſabantur.* Quos paſſus eſt abire, nec ſtitit aut revocavit, quum verbo, ſicut diximus, retinere vel revocare potu-

iſſet,

et, niſi obſtitiſſet manducatio Sacramentalis vera & pro-
ia, quam inſtituere decreverat.

XXIV. Ultimo loco adduci poſſent teſtimonia pri- Argumenta ex antiquitate.
æ Eccleſiæ, niſi ea tractatio futura prolixior, quàm ut in-
tuto noſtro conveniat. Audiamus tamen breviter ali-
iot ſanctos martyres Jeſu, qui *draconem illum magnum &* Apoc. 17. 6. 12, 11.
tiquum ſerpentem vicerunt per ſanguinem Agni & per ſermonem
ſtimonij ſui; & animæ ſuæ prodigi fuerunt uſque ad mortem.
x ijs Ignatius inter hæreticos numerat eos, *qui non confiten-* Ignatius.
r Euchariſtiam eſſe carnem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, pro pec-
tis noſtris paſſam; epiſtolâ ad Smyrnenſes, è quâ verba iſta
cofert Theodoretus dialogo tertio. Juſtinus martyr, apo- Iuſtinus.
giâ ſecundâ: *Non ut vulgarem panem & potum iſta ſumimus,*
d incarnati illius Jeſu carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus.
ſac alimoniâ dicit ſanguinem & carnes noſtras ali, quia vi-
elicet aluntur pane & vino, quæ quamvis ſint medium,
ujus interventu participantur corpus & ſanguis Domini,
nt tamen & manent panis & vinum, & proinde vim nutri-
ndi non amittunt. Hinc alius martyr, Irenæus videlicet, Irenæus.
ucharistiam duabus rebus, terrenâ & cœleſti conſtare
firmat, libro IV, cap. XXXIV. *Quemadmodum,* inquit, *qui eſt*
terrâ panis percipiens vocationem Dei, jam non communis panis
t, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans terrenâ & cœleſti:
c & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, jam non ſunt cor-
ptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. Idem libro V, cap. IV,
amquam paria reputat negare, quòd *Dominus ſanguine ſuo*
os redemit, & negare, quòd *calix Euchariſtiæ ſit communica-*
io ſanguinis ejus, & panis quem frangimus communicatio corporis
ius. Cyprianus martyr ſermone de lapſis, qui videlicet Cyprianus.
mmolaverant idolis, in hunc modum loquitur: *Mortiferos* Num. 13.
dolorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus etiamnum

N *ſcelus*

ſcelus ſuum faucibus & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus invadunt. — Spretis his omnibus atque contemtis, vis infertur corpori ejus & ſanguini, & plus modò in Dominum manibus atque ore delinquunt, quàm quum Dominum negaverunt. Ex quibus Cypriani verbis liquet, eum non negare, quòd ab indignis ſumatur corpus Domini.

Obj. de manducatione indignorum.

XXV. Manducatio equidem indignorum facit, ut nonnulli ab admittendâ ſimplice verborum acceptione & verâ comeſtione corporis propriè dicti ſint alieniores. Videtur enim ipſis incongruum, verum corpus Domini ab indignis manducari. Cæterùm neceſſe eſt verba Domini veritatem ſuam obtinere, ſive ad dignos proferantur & referantur, ſive ad indignos. Et minor principalis noſtri ſyllogiſmi ſuperiùs facti, quum dicit, *eos qui juxta hujuſmodi mandatum comederint*, omnes ſacramento ſecundùm inſtitutionem utentes comprehendit, etiam indignos. Imò quantum indignis confertur, tantum confertur per ſacramentum, quatenus ſacramentum eſt: cætera fructum ſpiritualem & applicationem meritorum Chriſti ſpectantia per fidem conferuntur, & non per ſacramentum. Obſervandum autem, indignos illos nihilominus Chriſtianos eſſe, & ſaltem occultè indignos. Nam ſi de indignitate eorum conſtet, non admittuntur. Sunt itaque membra viſibilis Eccleſiæ, & eatenus corporis Chriſti. *Non eſt impiis & incredulis,* ait alicubi Bucerus, *ſed indignis Chriſtianis conceſſum, quod illis concedit Chriſtus & Paulus.* Mirum enim non eſt, quòd hiſce benignus & φιλάνθρωπος Servator, ut ad cor redeant, compungantur, & ad pœnitentiam invitentur, corpus ſuum in ſacramento, ſine ullâ ſui paſſione vel injuriæ ſenſu, velit exhibere, quod olim ad eorumdem redemtionem & ſalutem impijs cum verâ ſui paſſione & acerbiſſimo cruciatuum ſenſu flagellandum

dum & torquendùm exhibuit. Cæterùm dices, qui indignè ſumunt, *rei ſunt corporis & ſanguinis Domini*, quòd *non diſcernant corpus Domini*, id eſt, quòd majore reverentiâ & purgatiore conſcientiâ ad id ſumendum non accedant, quàm ſi vulgaris eſſet cibus. Reſpondeo, hoc ipſum facit pro verâ præſentiâ veri corporis. Nam ſi non adſit corpus ſecundùm ſe, ſed nuda quædam corporis figura, unde ut accuratâ adeo diſcretione, quæ neglecta damnationem inducat, opus ſit? Interim etiamſi per hujuſmodi negligentiam & indiſcretionem ab indigno Chriſtiano peccetur in corpus Domini, reapſe tamen non magis patitur aut læditur, quàm Deus, quando in ipſum itidem ab hominibus peccatur. Inſtantia. 1. Cor. 11, verſ. 27 & 29. Reſp.

XXVI. Declaratur ulteriùs. Servatore in terris inter homines agente multum fuit corporaliter cum eo converſari, ei adſidere, tangere, colloqui: abſque fide tamen id non erat ſalutiferum. Poſitâ verò fide potuit ab homine pio dici, Adſociatus ſum Chriſto corporaliter & ſpiritualiter: & adſociatio corporalis proficit mihi ad ſpiritualem, ut quàm propinquus ſum corpore, tam propinquus quoque ſim, & magis etiam, animo & ſpiritu. Quin Chriſtus corporalem adſociationem exhibebat propter ſpiritualem, quamvis non deeſſent, qui etiamſi corporali fruerentur, ad ſpiritualem tamen & ſalutarem cum ipſo ſocietatem & unionem non pertingerent. Sic etiam in ſanctâ Euchariſtiâ corporis ſui cum corpore noſtro indiſtantem conjunctionẽ exhibet, ut per eam ſpiritualis promoveatur, augeſcat, & altiores indies radices agat, quamvis non deſint, qui ob ſuã ipſorum culpã nullâ ſpirituali, ſed ſolâ illâ alterâ potiantur; quæ tamen ipſa, niſi obicẽ illi ponerent, ſpirituali efficiendæ idonea. Hæc obiter de manducatione indignorum, unde pateat, eam nec negari oportere, nec veræ præſentiæ veri corporis obſtare.

XXVII. Sed in hunc ſermonem ex occaſione verborum Cypriani delapſi fuimus. Neque verò antiquitatis teſtimonia accuratiùs excutiendi hîc locus eſt. Quod primis ſeculis communiter Chriſtianis improperatum fuit, eos humanâ carne veſci, ex doctrinâ de hoc ſacramento ad gentiles perperam, ut fieri ſolet, delatâ ſine dubio manavit. Hinc qui pro Chriſtianis apologias ſcripſerunt, neceſſe habuerunt à ſe ſuiſque amoliri ἀνθρωπείων σαρκῶν βορᾶς, *humanarum carnium eſcas*, ut Juſtinus; Θυέστεια δεῖπνα, ut Athenagoras; ἀνθρωποφαγίαν, ut Tatianus loquitur. E Latinis Tertullianus: *Dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo inde.* In dialogo Minutij Felicis Cæcilius paganus objicit Octavio Chriſtiano: *Infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur.* Sed hæc nunc miſſa faciamus.

XXIIX. Minorem principalis noſtri ſyllogiſmi dudum demonſtravimus refutando contradictoriam ejus, & oſtendendo, quòd nulla expoſitio, quæ verba EDITE, BIBITE, CORPUS, SANGUIS, à proprio & genuino ſignificatu ad improprium, peregrinum & figuratum transferat, ſubſiſtere poſſit. Quamquam, ut verum fatear, ad tale quid oſtendendum, qui ſimplici, nativo, & uſitato ſenſui inhæret, non tenetur. At hinc qui recedendum eſſe affirmant, eos evincere oportet, ſententiam, quæ è propriâ & uſitatâ acceptione emergat, pronunciare, quod ſit evidenter abſurdum; aut quod Deo indignum; aut quod ne quidem per divinam potentiam fieri poſſit; aut quod cum veritate & voluntate divinâ aliunde certâ & è dictis extra controverſiam poſitis manifeſtâ, directè pugnet. Aliquid, inquam, horum liquidò demonſtrare & evincere oportet eos, qui perſuadere nobis cupiunt, ut repudiatâ propriâ & uſitatâ acceptione, impropriam & inuſitatam recipiamus.

Reformatos potius quàm nos oſtendere oportet eſſe hic literam abſurdam.

cipiamus. Niſi enim aliquid horum rationibus efficacibus omnique exceptione majoribus priùs evincatur, mens & conſcientia ad peregrinos ſenſus delapſa, numquam tranquilla, numquam tuta eſſe poterit: quin ſemper neceſſe habebit Deum indignantem & increpantem metuere; Quare perſpicuè loquenti fidem non habuiſti? quare meam veracitatē & potentiam in dubium vocaſti? quare majorem anguſtæ tuæ capacitatis, quàm meæ immenſitatis rationem habuiſti? Urgentiſſimam itaque rationem oportet eſſe, ob quam ſimplici & proprio ſenſui improprius & figuratus præferatur; & ſi ullibi, in primis hoc noſtro in negotio, ubi nova inſtitutio, novumque mandatum, & peculiaris ac ſupremus ſermo Domini ad Apoſtolos, breviſque & conciſus. Alia ratio prolixarum ad populum concionum, in quibus tropi & figuræ rectiùs locum inveniunt. Idque urgentiſſima ratione.

XXIX. Videamus paucis, num ejuſmodi urgens ratio ulla dari queat. Si qua fuerit, hæc erit, quòd ſui corporis præſentiam exhibere, & manducationem concedere divinæ Chriſti Domini potentiæ prorſus ſit impoſſibile. Ad eum autem modum impoſſibile, ut ne quidem per infinitam potentiam fieri poſſit, id tantùm eſt, quod implicat contradictionem, & ponit rem ſimul eſſe & non eſſe. Ut rei præſenti accommodetur, dicendum fuerit implicari contradictionem, ſi corpus Chriſti ſtatuatur alicubi eſſe, ubi loco non commenſuretur, vel locum non repleat, vel loco alia corpora non extrudat. Hæc enim propriè convenire omni vero corpori. Quum autem corpori Chriſti, ut in Euchariſtiâ eſt, adimantur, hinc effici, eſſe in Euchariſtiâ verum corpus Chriſti, & non eſſe. Sed vix credo quemquam eruditum huic argumento multùm tribuere. Notum enim eſt, quòd eſſe in loco, & loco coëxtendi, non ingrediatur de- Quæ non eſt in impoſſibili.

finitionem corporis, nec ſit de ejus eſſentiâ, ſed accidens, & ne id quidem abſolutum; quod proinde ſalvâ eſſentiâ & ſine implicatione contradictionis per divinam omnipotentiam removeri poſſit. : Supremum cœlum juxta Philoſophos in loco non eſt. Chriſtus autem *ſublimior cœlis factus*, Hebr. VII, 26. *Adſcendit longè ſupra omnes cœlos*, Eph. IV, 10: nobis ſcilicet ex influentiâ & motibus cognitos. Quin ſi ab humanâ naturâ per omnipotentiam divinam removeri poteſt ſalvâ naturæ ſubſtantiâ modus exiſtendi ſubſtantialis, quod factum eſſe myſterium incarnationis & unionis perſonalis liquidò comprobat; multo magis, eâdem ſubſtantiâ ſalvâ removeri poterit modus exiſtendi accidentalis in commenſuratione ad locum poſitus.

Nec in oraculo Petri. Act. 3 21.

XXX. Major difficultas videtur eſſe in hoc, quòd corpus Chriſti cœlum non deſerat, (*eum enim oportet cœlo recipi, uſque ad tempora reſtitutionis omnium*) & nihilominus ſtatuatur eſſe in terris ubicumque celebratur Euchariſtia, quod ſimul & ſemel in pluribus locis ſæpe fit. At corpus Chriſti ſecundùm ſubſtantiam ſuam unum numero corpus. Dum autem eſt in cœlo, & ſimul ubicumque celebratur Euchariſtia, multiplicatur ejus præſentia, quæ multiplicari non poſſe videtur, niſi multiplicato ſubjecto, cujus eſt præſentia. Erit igitur unum, & non erit unum. Reſpondeo, præſentiam in aliquo Ubi non eſſe niſi accidens quoddam, includens reſpectum ſive habitudinem ad locum vel ad Ubi. Quod ipſum accidens ſubjecto ſive ſubſtantiâ, cujus eſt accidens, planè poſterius eſt, & ab eo diverſiſſimum & adeo diſtinctum, ut per potentiam divinam penitus removeri poſſit. Sicut itaque non ſequitur, Ab hoc corpore reſpectus ad Ubi potentiâ divinâ tollitur, Ergo ipſa corporis ſubſtantia deſtruitur: ita quoque non ſequitur, Hujus corporis

poris præſentia vel reſpectus ad Ubi potentiâ divinâ multiplicatur, Ergo ipſum corpus ſecundùm ſubſtantiam multiplicatur. Neque verum eſt, Quodcumque eſt in pluribus Ubi, id unum non eſt. Deus enim maximè ac perfectiſſimè unus eſt, in omnibus tamen eſt Ubi; & ſi mundum ab hoc diverſum crearet, qui hunc nullâ parte contingeret, in illo non minus quàm in hoc præſentiſſimus foret, unitate penitus illibatâ. Dices, Deum unum infinitum eſſe; & infinitate, hincque manante immenſitate ubique eſſe, nec unitati ejus propterea derogari: at corpus eſſe unam ſubſtantiam finitam. Reſp. ſubſtantiam rerum finitarum genere ſuo & differentiâ finiri, nempe quòd non quamvis quarumvis rerum perfectionem, ſed ſaltem ſuam ſibi juxta naturæ ſuæ modum debitam contineant. Hinc quidem conſequitur, ut naturaliter non ſint niſi in uno Ubi. Sed ſi per omnipotentiam divinam ſupra naturæ ſuæ conditionem eleventur, & præſentiam in pluribus Ubi ſortiantur; nihilominus retinent tum finitatem tum unitatem ſuæ ſubſtantiæ, pluralitate videlicet illâ ſubſtantiam intrinſecus non immutante, ſed ſaltem extrinſecus afficiente, & habitudinem naturalem ad præſentiam in uno Ubi non abolente. Breviter ad tollendam contradictionis implicationem, quæ rem extra omnem poſſibilitatis ſphæram ponat, ipſique omnipotentiæ divinæ ſubtrahat, ſatis eſt intelligere, quòd aliud ſit ſubſtantia corporis, aliud præſentia in uno vel pluribus Ubi, & quod hujuſmodi præſentia neque corporis eſſentiam ullo modo conſtituat, neque definitionem ingrediatur. Quin valet hîc quoque argumentum ſuperiùs factum. Poteſt removeri, quin actu remotus eſt à naturâ Chriſti humanâ, & quidem in perpetuum, modus exiſtendi ſubſtantialis, naturaliter debitus; nempe non ſuâ propriâ humanâ hypoſtaſi

Inſtantia.

Reſp.

ſtaſi

priùs commemoratis teſtibus. Non autem ſublatus fuit eo tempore Paulus in cœlum, ſed ſolo alliſus in terrâ procubuit. Ergo apparuit Chriſtus, qui cœlos tamen interea non deſerebat, in aëre terris vicino; & è propinquo loquutus eſt, ut ex ore ejus vocem audiret Paulus.

XXXII. Tradunt Aſtronomi, tantam eſſe diſtantiam cœli ſtellati à terris, ut ſi inde lapis decidat, centum annorum ſpatio terram contingere nequeat. At Chriſtus corpore ſuo è terrâ adſpicientibus Apoſtolis elevatus, adſcendit ſuper omnes cœlos, & ad terminum breviſſimo tempore, eodem ſanè die, quod nemo temerè negaverit, pervenit. Quod ſi rectè perpendatur, nihilominùs mirum eſt, & vix aliud quid, quàm corpus idem in pluribus ſimul eſſe locis. Tradunt ijdem, cœlum illud, quod diximus ſtellarum fixarum in unâ ſecundâ, quam vocant, ſive ſexageſimâ parte minuti conficere iter ſexcentorum quadraginta trium millium octingentorum & quadraginta octo milliarium germanicorum, atq; adeo emetiri ſpatium centies decies & novies ampliùs, quàm ſit univerſus ambitus orbis terrarum; idq; ordinariè & naturaliter. Corpus adeo vaſtū tantillo momentulo & propemodum in ictu oculi per tantum, & humanum captum propemodum excedens ſpatium moveri & ferri non minùs incredibile eſt, quàm corpus aliquod ſimul in pluribus eſſe locis. Quin vix aliud eſt, quàm ſimul & eodem momento in pluribus eſſe locis. Et fit tamen non immediatè per divinam omnipotentiā, ſed per virtutē cauſarum ſecundarū cum generali concurſu cauſæ primæ.

Simile ex Aſtronomia.

XXXIII. Non poteſt itaque non eſſe periculoſum, nos homunciones, qui ne unius quidem muſcæ vel formicæ, nec partium, quibus ipſi conſtamus, animæ corporiſvé noſtri naturam perfectè cognitam habemus, clara Domi-

ni verba in peregrinum & improprium ſenſum torquere, quòd non capiamus, quomodo divina omnipotentia queat efficere, quod verbis illis ſimpliciter & propriè acceptis enunciatur. *Demus* potiùs, ut cum Auguſtino loquar, *Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe. In talibus rebus tota ratio facti eſt, potentia facientis. Neque ideo negandum eſt, quod apertum eſt quia comprehendi non poteſt, quod occultum eſt.* Etenim *de veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus:* ait Hilarius. Nam *ipſe Dominus Jeſus* (verba ſunt Ambroſij) *teſtificatur nobis, quòd corpus ſuum accipiamus & ſanguinem. Numquid debemus de ejus fide & teſtificatione dubitare?* Tutiorem igitur hanc ſententiam eſſe nemo temerè negare poterit.

Epiſt. 3. lib. 2. de bono perſever. c. 14.

lib 8. de Trin.

lib. 4. de Sacram. c. 5.

Occupatio.

XXXIV. Ponamus enim errare nos, qui ſimplicem ſenſum, quem verba propriâ, & nativâ ſuâ ſignificandi vi in intellectu gignunt, retinemus; atque eo nomine à Domino compellari & argui in hunc fortè modum: Nolui verba mea propriè & ut ſonant, accipi: debuiſſetis animadvertiſſe, quòd res ad eum modum, uti verbis ſimpliciter captis à me prolata eſt effici nequeat, meamque adeò potentiam ſuperet; & ad figuras ſenſumque figuratum vos convertiſſe. Ponamus, inquam, nos ad eum modum ab ipſo Domino reprehendi; reſpondebimus ſanè: Domine, ſi decepti ſumus, à te ſumus decepti, quem credidimus ſi aliud voluiſſes, aliud quoque effaturum fuiſſe, atque adeo te quidquid diceres, velle, & quidquid velles, efficere poſſe. Maluimus itaque verbis tuis ſimplici animo acquieſcere, quàm curioſo & temerario tuam ſive veracitatem ſive potentiam in dubium vocare. Si aberravimus, tuum erit, cujus reverentia in errorem nos induxit, nobis clementer ignoſcere. Ita reſpondebimus; nec ullus dubito, nos à benigniſſi-

Reſp. Hæc etiam eſt Apologia Lutheri & Chemnitij lib de S. Cœna. c 7. arg. 1. & 8.

nigniſſimo Domino veniam impetraturos. Ponamus contrà partem, quæ à ſimplici ſenſu abhorret, errare, & à Domino ad dicendam cauſſam evocari, hocque vel ſimili ſermone coargui. Cur perſpicua mea verba torſiſtis, & non modò errorem negatæ meæ in Euchariſtiâ præſentiæ per Eccleſiam longè lateque ſparſiſtis, ſed ſimul portam evertendis omnibus fidei myſterijs aperuiſtis? cur ſimplici ſenſui verbis planiſſimè expreſſo contradixiſtis? cur aliter intellexiſtis quàm ego loquutus ſum? cur infinitam meam poteſtatem decempedâ imbecillitatis veſtræ metiri & vel veracitati, vel certè potentiæ meæ detrahere auſi eſtis? cur veſtram curioſitatem & elatas cogitationes in meum obſequium captivas non duxiſtis? quid reſponſuri ſint, ipſi viderint. Veniam tamen ipſis non invidemus, quin ut impetrent, optamus. Et cur impetraturos eſſe ſperemus, alibi exponimus.

XXX. Innuebam verbis cœnæ Dominicæ, de quorum ſenſu controvertitur, à ſignificatione ſimplice & propriâ in figuratam & impropriam translatis portam pandi, viamque muniri, per quam ad evertenda fidei myſteria pergatur. Ideo enim à ſimplice ſenſu receditur, quia juxta eum aliquid à communi rerum naturâ, ſerie & curſu, cui adſuevimus, alienum, imo abhorrens, affirmari videtur. Sed ſi recedendi hæc idonea eſt cauſſa, pari ratione & facilitate myſteria Trinitatis, Incarnationis, Reſurrectionis & alia quæcumque evertentur. Si enim quum dicitur HOC EST CORPUS MEUM, propter apparentem humano intellectui abſurditatem vel impoſſibilitatem Corpus accipi debet pro ſymbolico & typico corpore; quid ni ſimiliter, quum dicitur CHRISTUS EST DEUS, Deus ſit ſymbolicus & typicus Deus? Ita videlicet ceſſat & tollitur omnis,

Tropiſtica portam pandit ad evertenda cætera fidei myſteria.

quæ alioquin ingenij humani vim excedit, & captum ſuperat, & exemplo caret difficultas, nempe; Unam eſſentiam in pluribus perſonis ſubſiſtere. Tollitur etiam altera nihilo inferior, quæ in myſterio incarnationis occurrit, duarum, inquam, naturarum in unâ perſonâ unio, & unica ſubſiſtentia. Notum autem eſt eos qui ſuperiore ſeculo primi divinitatem Servatoris impugnarunt, ex Helveticis eccleſiis, in primis verò Genevenſi Italicâ prodiiſſe: nempe Michaëlem Servetum, Georgium Blandratam, Matthæum Gribaldum, Johannem Paulum Alciatum, Lælium Socinum, infauſti illius Fauſti patruum, Valentinum Gentilem, Franciſcum Liſmaninum, Petrum Statorium, alios. Hæc non dico in opprobrium eccleſiæ vel Helveticæ, vel Genevenſis, neque Calvinum Arianiſmi inſimulo, quem ſcio Arianorum acerrimum hoſtem fuiſſe, & tum Valentini Gentilis ignominioſam palinodiam, tum Serveti ſupplicium procuraſſe; ſed quòd rem ita planè ſe habere ex vitâ Calvini, quam ſcripſit Beza, & ex epiſtolis tum Calvini tum Bezæ deprehendam. Nempe ijs in locis eccleſiiſque factum erat initium torquendi clara ſcripturæ verba, tum alia, qualia ſunt, *Deus vult omnes homines ſervari, neminem perire; Electi ſumus ſecundùm præſcientiam;* tum in primis Euchariſtica illa, *Hoc eſt corpus meum;* idque propter apparentem captui humano difficultatem. Veſtigijs inſtiterunt illi homines, & fundamentis jactis inædificarunt, rati propter parem rationem in pluribus licere, quod liceret in uno; neque quod in aliquo rectum eſſet, poſſe pravum eſſe in cæteris. In exilium autem ire coacti peſtem infidelitatis intulerunt Poloniæ, Lithuaniæ, Tranſylvaniæ; & pluribus inferent, niſi maturè & prudenter obviam eatur. Hæc, ut dixi, obſervo, non quòd Helveticis eccleſiis notam inuri velim, ſed cautelæ

ergò,

ergò, ne perverſis hominibus occaſio impugnandæ fidei Chriſtianæ præbeatur, vel in manus arma, quibus impugnent, conſignentur: & ut fiat, quod benè docuit Hilarius, *Fides non ex arbitrio noſtro, ſed ex dictorum eſt ineunda virtutibus.* Dictorum ſanè virtutem pro ſententiâ affirmante ſtare agnovit & faſſus eſt Fauſtus Socinus, quum reſpondens ad ſecundam epiſtolam Johannis Niemojevij ſcripſit, *Papiſtæ & Lutherani habent apertiſſimum teſtimonium affirmans, illud quod in Cœnâ Domini datur, eſſe illud Chriſti corpus, quod pro nobis fuit traditum.* lib de una P. & F. eſſentia.

XXXVI, Supereſt adhuc una contra ſimplicem acceptionem objectio, deſumpta ab eo, quod commune volunt eſſe omnibus Sacramentis, quæcunque tandem ſint, nempe ut nomen ſignati tribuatur ſigno. Panis, ajunt, eſt ſignum corporis Chriſti: appellatur itaque nomine ſignati, & dicitur corpus Chriſti. *Nos ſanè*, ait Oecolampadius Præfatione in ſuum de Euchariſtiâ dialogum, *ex ratione Sacramenti cognovimus, illos* Lutheranos *non tàm purè, ut debebant, Chriſtum annunciare.* Conſenſui orthodoxo, uti vocant, huncce liminarem adſcripsêre verſum: *Diſcite vel tandem, quid ſacramenta vocentur.* At hoc fundamentum prorſus eſt imbecille & lubricum. Doctrina enim de ſacramentis in genere ex Scripturis certa & firma nulla poteſt exſtrui; nulla generalis regula, quæ ſit omnibus communis, per firmam conſequentiam deduci. Prout quiſque ſacramenti vocabulum latiùs vel ſtrictiùs accipit, ita quodque regulas format latiores vel ſtrictiores. Sicut igitur acceptio, ita quoque regulæ propemodùm ſunt arbitrariæ. Juxta eas igitur hoc, illud, iſtud ſacramentum ſingulariter exigendum & conformandum non eſt, ſed de ſingulis ex inſtitutione ſingulorum, tamquam ex vernaculo principio, judicandum. Objectio ex communi analogia Sacramentorum. Reſp.

Quin ſi huic axiomati inhæretur, Euchariſtiæ præter meri nudique ſigni rationem nihil tribuitur, omnis autem dignitas & profundi ac imperſcrutabilis myſterij ſublimitas detrahitur, ut pridem oſtenſum. Nec quadrat exemplum, quod præcipuum haberi ſolet & produci, *Agnum comedetis feſtinanter, Peſach, Paſcha vel tranſitus eſt Domini.* Victima enim illa, ſi primam inſtitutionem ſpectemus, in ædibus mactata & comeſta, & ſanguis ejus ſuperliminari & poſtibus ædium illitus, non erat ſignum tranſitus Domini, ſed medium procurandi tranſitus; ſive ſuo quodam modo cauſſa, quæ faceret Dominum tranſire. *Procedens Dominus ad percutiendum Ægyptum, quum viderit ſanguinem illum in ſuperliminari & in duobus poſtibus, tranſibit, nec ſinet percuſſorem ingredi domus veſtras*, Exod. XII,23.

Objectio ex Exod. 12, 11 Reſp.

Vox ſacramenti quid ſignificet.

XXXVII. Sacramenti vocabulum nuſquam in Scripturâ occurrere notum eſt, niſi quod vulgatus interpres μυστήριον aliquando ſolet vertere *ſacramentum.* Μυστήριον nativâ vi denotat rem quamvis arcanam; communiore autem uſurpatione ſignificat rem arcanam ſacram, & in Scripturâ ſæpe totam doctrinam revelatam & evangelicam. Sic Hieronymus ad Pammachium ep. LXI, cap. IX: *In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ poſt confeſſionem Trinitatis & unitatem Eccleſiæ omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum carnis reſurrectione concluditur.* Sacramentum à verbo *Sacro ſacrare* (ſicut à juro, juramentum; à teſtor, teſtamentum; à fundo, fundamentum, à veſtio, veſtimentum) deductum vi originis ſuæ ſignificat quamvis rem ſacram. Unde veteres Latini & juramentum, quòd invocato numine præſtaretur; & æs, quod ab utroque litigante apud Pontificem deponi ſolitum, ut ejus, qui causâ cecidiſſet, portio in publicos ſacrosque uſus converteretur, ſacramentum dixerunt. Scriptores etiam

iam eccleſiaſtici vocabulo in ſummâ latitudine uſi ſunt: & ſerò tandem ad anguſtiorem ſignificationem certasque aliquas res reſtrinxerunt. Definitionem autem certam & accuratam vix quiſquam molitus eſt. Teſtimonio hîc alio non utemur, quàm eruditiſſimi viri Danielis Chamieri. *Definitionem*, inquit, *Sacramenti poſtremi recentiſſimique Theologi magnis conatibus inquiſiverunt: qui veteribus fuit labor vel ſuperfluus, vel perfunctorius. Nam ab iis definitionem nullam habemus, niſi ab Auguſtino, atque hanc minimè gentium accuratam. Cauſam fuiſſe reor, quòd nondum Sacramentum eſſet certò conſtitutum, tanquam proprium huic generi, multo minùs ſpeciei nomen. Etſi interdum nonnihil obſervari queat, quod accedat.— Poſt Auguſtinum & longo quidem intervallo, ac tum maximè, quum unà cum rebus mutata fuit vocabuli ſignificatio, Theologorum operas valde occupavit hic definiendi Sacramenti labor. Succeſſus cuique fuit pro animi conceptu. Unde factum, ut in tanto ſententiarum æſtu nulla poſſit definitio tanquam certa fixaque & rata conſtitui* Jam cuivis arbitrandum relinquo, an rei adeo novæ, adeo incertæ, & nullo Scripturæ teſtimonio ſubnixæ tutò inædificari poſſit perſpicuorum Domini verborum à ſimplice & proprio ſenſu in improprium & inuſitatum detorſio.

Panopliæ tom. 4. lib. 1. cap. 6. §. 3. & v.

XXXIIX. Nos itaque ſimplicibus Chriſti redemtoris noſtri verbis ſimplice fide inhæremus, perſuaſi *illum non aliter, quàm diſpoſuit, pronunciaſſe, nec aliter diſpoſuiſſe, quàm pronunciavit:* atque ita nobiſmetipſis rectè conſulemus, & triſte ac pernicioſum ſchiſma, quod Proteſtantium eccleſias divellit, componemus. Sopietur enim per propitiam Dei benigniſſimi gratiam, & exſtinguetur penitus, ſi in hanc vel ſimilem confeſſionis formulam conſenſerimus.

Tertull. adv Praxean c. 1.

In

Formulam hanc, ſicut ab Auctore ipſo edita fuit, ita hîc exhibere viſum eſt.

IN ſanctâ Euchariſtiâ ſive Cœnâ Dominicâ adſunt, & quando editur panis, editur quoque corpus, (vocibus propriè & non figuratè acceptis) & quando bibitur vinum, bibitur quoque ſanguis Domini, non quidem mediante ſolùm fide, per quam citra omne ſacramentũ corpus Chriſti à fidelibus editur, & ſanguis bibitur, non tamen propriè ſed metaphoricè, nulloque inter eſum & potum, quale hîc manifeſtiſſimum eſt, diſcrimine; nec mediante vel tranſſubſtantiatione panis, vel ubiquitate corporis Chriſti, vel ejus locali aliquâ incluſione, alligatione aut commixtione; nec interventu deſcenſus & adſcenſus: ſed modo ſupernaturali, quem ſimpliciter & in ſolidum divinæ omnipotentiæ imputamus & committimus, nobis aliàs planè incognito, ineffabili, incomprehenſibili & indeterminabili; verè tamen & ſecundùm ipſam ſubſtantiam. Hoc enim ut credamus, Chriſto ſimpliciter & perſpicuè affirmanti debemus. Modum autem inexplicabilem

bilem eſſe, haut temerè ulli inficias iverint, etiamſi alij atque alij hos illóſve modos, ſcrutando & ad præconceptas opiniones vel privata emolumenta torquendo, excogitaverint & invexerint. Cæterum, *in occultis Dei operibus*, ut benè loquitur Auguſtinus, *non aliquid ignorando ſed temerè incognita pro cognitis adſtruendo, & falſa pro veris proferendo ac defendendo peccatur*. Exhibet autem Servator corpus ſuum manducandum, & ſanguinem bibendum ex ingente erga fideles ſuos amore, ut in eis excitetur & alatur ſeria, fervens & efficax recordatio corporis pro nobis in mortem traditi, & ſanguinis in remiſſionem peccatorum effuſi, id eſt, paſſionis & mortis Domini. 4 de origine animæ cap. 14.

Non eſt hîc metuendum abſurdi aliquid, vel ut hæc præſentiæ confeſſio comitem trahat adorationem vel oblationem ſive ſacrificium Miſſaticum Pontificium. *Abſurditatibus ſublatis*, ait alicubi Calvinus, *quidquid ad exprimendam veram ſubſtantialemq́ue corporis & ſanguinis Domini communicationem, quæ ſub ſacris cœnæ ſymbolis fidelibus exhibetur, facere poteſt libenter recipio.* Utinam recipiatur! Et addit: *atque ita, ut eam non imaginatione duntaxat aut mentis intelligentiâ fideles percipere intelligantur.* Dixerat paulò ante: *Nullum locum relinquo huic cavillo, quaſi dum fide percipi Chriſtum dico, intelligentiâ duntaxat ac imaginatione velim concipi.* Idem Inſtit. l. 4. c. 17. n. 14. Num. 11.

Num. 31 etiam, *de modo*, ait, *ſi quis me interroget, fateri non pudebit, ſublimius eſſe arcanum, quàm ut vel meo ingenio comprehendi, vel enarrari verbis queat.* Pari ſenſu Lutherus libro περὶ τοῦ ῥητοῦ. Darauff ſtehen/gläuben und lehren wir/ daß man im Abendmahl warhafftig und leiblich Chriſtus Leib iſſet und zu ſich nimpt. Wie aber das zugehe / oder wie er im Brode ſey/ wiſſen wir nicht/ ſollens auch nicht wiſſen. Utinam dictis uterque ſtetiſſet, nec ille alibi ſcripſiſſet, *Chriſtus quatenus homo non alibi quàm in cœlo, nec aliter quàm mente & fidei intelligentiâ quærendus eſt:* hoc enim eſt ſibimetipſi contradicere & modum determinare: nec iſte præſentiam ab ubiquitate alicubi ſuſpendiſſet. Quamquam opinionem eam miſſam poſtea fecit. Unde Chemnitius: *Fundamentum præſentiæ corporis Chriſti in Cœnâ Lutherus monuit non eſſe collocandum in diſputatione de ubiquitate, ſed in veritate verborum inſtitutionis.* Idem rectiſſimè: *Nos præſentiam ipſam, quia teſtimonium habet verbi Dei, ſimpliciter credimus: de modo verò præſentiæ, quia verbo Dei revelatus non eſt, judicamus non eſſe diſputandum. Non igitur definimus certum modum illius præſentiæ, ſed eum humiliter commendamus ſapientiæ & omnipotentiæ Dei.*

Conſenſu cum Tigur. c. 23.

Exam. Conc. Trid. de Euch. ad can. 1.

XXXIX. Subjicimus coronidis loco verba & ſententiam eximij Viri, Marci Antonij de Dominis, libro

Num. 20. ſexto, capite VI, in hunc modum expreſſam: *Per mille profectò annos Eccleſia ſancta catholica ſobriâ divinorum myſteriorum cognitione contenta, & piè credidit, & tutò docuit; in Euchariſtiâ legitimè conſecratâ, fideles corpus & ſanguinem Chriſti agnoſcere & recipere ac manducare, ac in illo ſacro pane, ſacroque vino, corpus & ſanguinem Chriſti mirabiliter exhiberi. Modum verò particularem piè, humiliter & religioſè ignorare voluit, quo Chriſti corpus & ſanguis in ſacris hiſce myſterijs & ſacramentis exhiberetur. Rem ipſam & effectum læta tenebat, à modo*

modo humilis & devota abſtinebat. Totam diſputationem concludit hiſce verbis: *Dicamus omnes in Euchariſtiâ carnalem & corporalem Chriſti præſentiam adeſſe quò ad rem & naturam;* id eſt, quò ad ipſam carnis & corporis ſubſtantiam: *negemus etiam pariter omnes quò ad modum carnaliter & corporaliter Chriſtum adeſſe.* Præclara itidem & egregia ſunt, quæ leguntur libro VII, capite XI, num. IIX. *Omnes,* inquit, *& Pontificij, & Lutheri, & Calvini diſcreti ſectatores in eo convenimus, circa ſacratiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, nobis in eo verum ac reale Chriſti corpus verè & realiter exhiberi. Cur ergo in hoc non ſiſtimus omnes? Cur hîc terminum diſſenſionum non collocamus? Cur ad modum ineffabilem, mirabilem, & occultum, nobiſque penitus ignotum, & quem Chriſtus ipſe nos latere voluit, tam audacter deſcendimus, ut, qui cum noſtrâ inſipientiâ non deſipiat, eum à caritate & communione religioſâ & catholicâ excludamus? Hic eſt tam atrocis, & periculoſæ diſſenſionis facillimus modus ſopiendæ: ut omnes veritatem corporis Chriſti in ſumendâ Euchariſtiâ exhiberi uno ore fateamur: & circa modum, quo fiat hæc exhibitio, quippe ineffabilem & inexplicabilem, nobis omnibus ſilentium perpetuum indicamus; & ex hac diſſenſione ſchiſmata coalita exſtinguamus. Cur, dicente Chriſto, HOC EST CORPUS MEUM, nos addamus, eſt corpus per tranſubſtantiationem, conſubſtantiationem, figurativè duntaxat, & non realiter; fide percipiendum, & non ore? &c. Hoc eſt addere ſermoni Dei, unde facilè arguamur; & mendaces inveniamur. Cur ob iſta noſtra addita contendamus, ut ſchiſmate Eccleſiam dividamus? idem corpus Chriſti omnes comedimus: ſed modum quo id fiat omnes ignoramus.* Rectum ſanè conſilium, cui ſi omnes obtemperemus, tolletur tandem adſpirante Dei opt. max. gratiâ,

Num. 169.

diſſidium & ſchiſma, quod factum eſſe & tanto tempore durare omnes gemimus, & aboleri deſideramus. Interea, quamdiu nondum planè ab omnibus in unam eandemque ſententiam itur, verba eximij viri Davidis Chytræi facio mea. *Abſit, ut omnes exteras eccleſias, reges, principes & populos de Euchariſtiâ diſſentientes condemnemus, & Diabolo tradamus, aut minùs Turcis & Scythis ferendos ſtatuamus. Quæ crudelia judicia, ut in nullius ſani hominis mentem venire arbitror, ita toto tempore ſemper damnavi & abominatus ſum.*

Præfat. in libr. de morte & vita æterna.

Faxit Jeſus Chriſtus, benigniſſimus & mitiſſimus pacis auctor, qui ſuis mutuã caritatem ſupremis tabulis unicè commendavit, ne ſanctiſſimum ſacramentum, quod ipſe teſſeram unitatis eſſe voluit, diſſidij & diſcordiæ diutiùs ſit fomes!

FINIS.

In

In gratiam benevoli Lectoris tria iſta capita, de quibus in his Animadverſionibus agitur, integra ſubjicimus, excerpta ex Confeſſione, quam Proteſtantes Reformati in Colloquio Thorunienſi exhibuerunt.

NUM. III DE PECCATO.

I.

DEus nequaquam eſt cauſa ullius peccati, ſed Fons & Autor omnis boni, Oſor verò & ultor mali.

2. Mera igitur calumnia eſt, cum Eccleſiis noſtris horrenda illa blaſphemia impingitur, quòd Deum faciant Autorem peccati, quam toto pectore deteſtamur. Interim providentiam Dei circa peccata, & ſupra ipſos peccatores, eandem planè, quam & plerique Romanæ Eccleſiæ Theologi docent, agnoſcimus.

3. Non minùs gravis calumnia eſt, quòd doceamus, Chriſtum ipſum peccaſſe, aut in cruce deſperaſſe, à quâ blaſphemiâ toto item animo abhorremus.

4. Omnes homines, ſolo Chriſto excepto, in peccato originali concepti & nati ſunt, etiam ipſa ſanctiſſima virgo Maria.

5. Peccatum Originis non tantùm in juſtitiæ nudâ carentiâ, ſed etiam in pravitate, ſeu pronitate ad malum, ex Adamo in omnes propagatâ conſiſtit.

6. Etſi liberi arbitrij facultas naturalis poſt lapſum manet, quoad naturalia & civilia, tamen nulla ejus eſt facul-

tas ad bonum ſupranaturale & ſpirituale, vel intelligendum, vel volendum, vel faciendum; aut ad legem quoad ſubſtantiam operis implendam. Quo reſpectu non tàm liberum arbitrium, quàm peccati ſervum, & in peccatis mortuum meritò dicitur, donec per Chriſti gratiam excitetur & liberetur.

7. Etſi in Renatis Peccatum Originis, quoad culpam & reatum, gratuitâ remiſſione deletur, & quoad pravitatem magis magiſque per Chriſti gratiam mortificatur, manent tamen in ipſis, quamdiu in carne vivunt, ejus pravitatis reliquiæ; videlicet pravæ inclinationes, & motus concupiſcentiæ, quæ proinde verè & propriè peccatum dicitur, non tantùm, quatenus eſt pœna & cauſa peccati, ſed etiam quatenus ipſa, cùm legi Dei, tùm Spiritui gratiæ repugnat. Atque hæc doctrina, cùm ab ipſo Apoſtolo apertè tradatur, non ut erronea rejici, nedum ſub Anathemate, ut hæretica, damnari poteſt.

8. Omne peccatum propriè ſic dictum ſuâ naturâ eſt mortale, quia ἀνομία, legi repugnans, eoque maledictionem legis promerens: nec tamen omnia peccata ſunt æqualia, etſi nullum ſuâ naturâ ſine Chriſti gratiâ ſit veniale.

9. In Renatis autem peccata ignorantiæ & infirmitatis, quamvis per ſe & ſuâ naturâ, ſi Deus ex rigore legis cum ipſis ageret, eſſent mortalia, tamen quamdiu Fidem & Caritatem bonumque propoſitum non tollunt, & quotidianâ Pœnitentiâ eluuntur, per gratiam Dei non ſunt mortalia, ſed venialia, quia ad mortem non imputantur, ſed propter Chriſtum in ipſum credentibus remittuntur.

NUM. IV DE GRATIA.

I.

A Peccato & morte nulla eſt redemptio aut juſtificatio per vires naturæ, aut per juſtitiam Legis, ſed per ſolam Dei gratiam in Chriſto, qui nos in peccatis mortuos, unico mortis ſuæ Sacrificio, & perfectiſſimæ Obedientiæ merito pro noſtris, nec tantùm pro noſtris, ſed totius mundi peccatis pleniſſimè ſatisfaciendo, ab irâ & maledictione redemit.

2. Qui redemptos per Verbum Evangelij & Spiritum gratiæ, ex regno peccati & mortis, ad regnum gratiæ & vitæ efficaciter vocavit, & per Sacramenta gratiæ obſignavit:

3. Qui vocatos & ſincerè reſipiſcentes, propter ſolum Chriſti meritum, fide vivâ apprehenſum, & fidelibus, ceu ipſius Chriſti membris, ex merâ gratiâ imputatum, à peccatis juſtificat ſeu abſolvit, & in filios adoptat:

4. Simulque Spiritu caritatis in corda noſtra effuſo, ad ſincerum ſanctimoniæ & obedientiæ novæ ſtudium indies magis magiſque renovat & ſanctificat, ſeu juſtos & ſanctos facit:

5. Qui denique in Fide illâ & Caritate, per eandem ipſius gratiam, ad finem uſque vitæ perſeverantes, ceu hæredes regni cœlorum, non ex ullo merito, ſed ex gratiâ in Chriſto promiſsâ, æternùm glorificabit:

6. Atque ita etiam bona ipſorum opera, in Chriſti Fide & Caritate, per ſancti Spiritus gratiam facta, præter ac ſupra meritum abundantiſſimo imò infinito præmio, paternè propter Chriſtum remunerabit;

7. Prout eoſdem ab æterno, non ex ullo præviſo fidei aut operum merito, vel diſpoſitione, ſed ex merâ itidem &

cationis, Juſtificationis, Adoptionis & perſeverantis Sanctificationis, quam in tempore dedit, Gratiam, tùm ad vitæ æternæ coronam & Gloriam, per illa media participandam, in Chriſto elegit:

8. Cæteris, qui veritatem in injuſtitiâ detinent, & gratiam Chriſti oblatam contumaciter reſpuunt, juſto judicio rejectis.

Ex hac doctrinâ de Gratiâ, quâ tota Salutis noſtræ ratio continetur, ſummatim ita expoſitâ,

1. Manifeſtum eſſe ſperamus, quòd nequaquam ſentiamus cum Socino, qui ſatisfactionem & meritum Chriſti, adeoque ipſam Redemptionem in ſanguine ipſius factam, blaſphemè negat & oppugnat.

2. Negamus verò, præter mortem Chriſti, Sacrificijs, aut meritis, aut ſatisfactionibus, vel Sanctorum, vel proprijs, ullam vel minimam Redemptionis & ſalvationis noſtræ partem tribuendam.

3. Negamus etiam, homines non renatos, per aliquod meritum congrui, ſi faciant quod in ſe eſt, ad primam vocationis Gratiam ſeipſos poſſe diſponere.

4. Nec efficaciam Gratiæ vocantis à libero hominis arbitrio ſuſpendimus, quaſi non Deus per ſpecialem gratiam, ſed ipſe per arbitrium proprium ſeipſum diſcernat.

5. Falsò accuſamur, quaſi mortis & meriti Chriſti pro omnibus ſufficientiam negemus, aut virtutem imminuamus, cùm potiùs idem hîc, quod ipſa Synodus Tridentina Seſſ. VI, cap. 3, doceamus, videlicet, *Etſi Chriſtus pro omnibus mortuus ſit, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipere, ſed eos duntaxat, quibus meritum paſſionis ejus communicatur.* Cauſam etiam ſeu culpam, cur non omnibus communicetur, nequaquam in merito & morte Chriſti, ſed in ipſis hominibus eſſe fatemur.

6. Falsò

6. Falsò item accuſamur: Quaſi non omnes verbo Evangelij vocatos, ſeriò & ſincerè, aut ſufficienter à Deo ad pœnitentiam & ſalutem vocari doceamus, ſed pleroſque tantùm ſimulatè & hypocriticè, ſolâ externâ voluntate ſigni, cui nulla interna voluntas beneplaciti ſubſit, ut qui nullo modo omnium ſalutem velit. A quâ ſententiâ, ex malè intellectis, aut etiam incommodis nonnullorum verbis, in nos detortâ, longiſſimè nos abeſſe, & Deo ter Opt. ſummam veritatem & ſinceritatem in omnibus ejus dictis & factis, inprimis verò in verbo Gratiæ ad ſalutem vocantis, tribuere, nec ullas contradictorias in ipſo voluntates fingere, ſanctiſſimè profitemur.

7. Quaſi omnem inhærentem juſtitiam fidelibus negemus, eoſque ſolâ externâ juſtitiæ Chriſti imputatione, quæ fit ſine ullâ internâ renovatione, juſtificari ſtatuamus: cùm tamen ſolis pœnitentibus & vivâ fide in Chriſtum credentibus, Juſtitiam imputari, ſimulque per eandem fidem à Spiritu S. corda contrita vivificari ad ardentem erga Chriſtum charitatem, & novæ obedientiæ ſtudium excitari, à pravis verò cupiditatibus mundari, atque ita juſtitiam & ſanctitatem vitæ novæ inchoari & indies perfici, doceamus. Id tantùm addimus, per hanc inhærentem juſtitiam propriam, quia in hâc vitâ imperfecta eſt, neminem coram ſevero Dei judicio poſſe conſiſtere, aut in eâ confidere, ut à reatu mortis per eam juſtificetur, ſeu abſolvatur, ſed per & propter ſolam perfectiſſimam Chriſti juſtitiam ac meritum vivâ fide apprehenſum.

ſam eſſe, eâque hominem non modò non juſtificari, ſed multò etiam graviùs damnari, ultrò fateamur, ut quæ gratiam Dei transferat ad peccandi licentiam. Veram autem fidem juſtificantem eam demum dicimus, quæ promiſſionem Evangelij, quâ reſipiſcentibus remiſſio & vita in Chriſto offertur, aſſenſu practico, ſeu fiduciali amplectitur, & corde verè contrito ſibi applicat, quæque deinde per Caritatem eſt efficax. Solam autem juſtificare dicimus; non quòd ſola ſit, ſed quòd ſola promiſſionem Evangelij, adeoque ipſam juſtitiam Chriſti apprehendat; per & propter quam ſolam gratis, ſine ullo proprio merito, juſtificamur.

9. Quaſi per hanc doctrinam ſtudium bonorum operum tollamus, eorumvé neceſſitatem negemus: cùm tamen nec fidem juſtificantem, nec ipſam juſtificationem ſine ſanctificatione & bonorum operum ſtudio in adultis ullo modo poſſe conſiſtere, ex jam dictis manifeſtum ſit. Quo ſenſu etiam ad ſalutem omninò neceſſaria eſſe agnoſcimus, quamvis non ut cauſas juſtificationis aut ſalutis meritorias.

10. Quaſi præcepta Chriſti nullo modo à fidelibus ſervari poſſe, ſtatuamus: cùm tamen illa, non quidem proprijs viribus, ſed per gratiam Spiritus Sancti, non tantùm ſervari poſſe, ſed etiam omninò ſervari ab omnibus debere doceamus, & quidem non voto ſolùm, aut propoſito inefficaci, ſed etiam ipſo opere, & vero, ſincero, ac perſeveranti totius vitæ ſtudio. Quamvis in hâc vitâ non ita perfectè à quoquam ſerventur, aut ſervari poſſint, ut legi Dei ſatisfaciamus, eamque per omnia impleamus: ſed ut ſimul ex imperfectionis & infirmitatis propriæ ſenſu, variorum lapſuum & delictorum veniam quotidiè humiliter à Deo petere opus habeamus.

11. Quaſi ſtatuamus, ſemel juſtificatos, Dei gratiam ejuſvé

ejuſvè certitudinem, & ipſum Spiritum Sanctum non poſſe amittere, quamvis in peccatis pro lubitu volutentur: cùm contrà potiùs doceamus, ipſos etiam Renatos, quoties in peccata contra conſcientiam recidunt, in ijſque aliquandiu perſeverant, nec fidem vivam, nec Dei gratiam juſtificantē, nedum ejus certitudinem, aut Spiritum Sanctum pro illo tempore retinere, ſed novum iræ ac mortis æternæ reatum incurrere; ac propterea, niſi ſpeciali Dei Gratia excitante (quod in Electis fieri non dubitamus) ad reſipiſcentiam iterum renoventur, reipſa etiam damnandos eſſe.

12. Negamus porro, Fidem in Chriſtum juſtificare tantùm diſpoſitivè, præparativè, initialiter, quia nempe ad caritatem cæteraſque virtutes, ceu juſtitiam inhærentem diſponat.

13. Negamus etiam, per juſtitiam illam inhærentem propriam nos ita juſtificari, ut per ac propter eam coram judicio Dei à reatu mortis abſolvamur, in filios adoptemur, & vitâ æternâ digni pronunciemur: quo ſenſu forenſi vox juſtificandi à Spiritu S. in hac doctrinâ uſurpatur. Etſi enim ſano ſenſu dici poſſit, fideles per caritatem aliaſque virtutes infuſas juſtificari, id eſt, juſtos ſanctoſque fieri, hæc tamen juſtitia in hac vitâ imperfecta eſt, eoque, ut ſupra dictum, coram ſevero Dei judicio nequaquam poteſt conſiſtere, quod ſolum in hâc doctrinâ maximè ſpectatur.

14. Hinc etiam non aſſentimur ijs, qui docent, renatos per bona opera Juſtitiæ Dei pro peccatis ſuis ſatisfacere, & remiſſionem aut vitam propriè mereri: & quidem ex con-

in hâc vitâ poſſe implere: perfectione, non tantùm partium, ſed etiam graduum, ita, ut ſine ullo peccato vivant, quod in ſe & ſuâ naturâ ſit mortale: quin etiam poſſe facere opera ſupererogatoria, perfectionem legis tranſcendentia, ac per ea non ſibi tantùm, ſed etiam alijs mereri.

16. Quique nihilominus docent, neminem ſine ſpeciali revelatione certò ſcire poſſe, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum, tali certitudine, cui falſum ſubeſſe non poſſit: eóque ſemper omnes de gratiâ dubitare debere. At nos etſi fatemur, etiam fideles & juſtificatos, non temerè & ſecurè de Gratiâ Dei debere præſumere, varijs etiam angoribus & dubitationibus ſæpe conflictari, tamen ex ſcripturis docemus, eos & poſſe & debere ad eam certitudinem in hâc vitâ contendere, & divinâ gratiâ adjuvante pervenire, quâ Spiritus Sanctus teſtatur Spiritui noſtro, quòd filij & hæredes Dei ſimus. Cui teſtimonio non poteſt ſubeſſe falſum, etſi non omnes, qui Spiritum Dei jactant, verè illud teſtimonium habent.

17. Denique docemus quidem, non omnes homines electos eſſe, & qui electi ſunt, non ex præviſo operum merito, aut præviſâ fidei in ipſis diſpoſitione, aut voluntatis aſſenſu, ſed ex merâ in Chriſto gratiâ electos eſſe: certum etiam eſſe apud Deum Electorum & ſalvandorum numerum.

18. Interim alienam à mente noſtrâ ſententiam, nobis ab illis tribui dicimus, qui nos accuſant, quaſi æternam Electionem & reprobationem abſolutè, ſine ullo fidei aut infidelitatis bonorum aut malorum operum reſpectu, factam eſſe, ſtatuamus. Cùm contrà potiùs in Electione fidem & obedientiam, non quidem ut cauſam, aut rationem ipſius Electionis in eligendis præviſam, ſed tamen ut medium ad ſalu-

ſalutem à Deo ipſis præordinatam: In Reprobatione verò non tantùm peccatum originale, ſed etiam quoad adultos infidelitatem & impœnitentiam contumacem, non quidem à Deo præordinatam, ſed in ipſis reprobis, ut cauſam deſertionis & damnationis meritoriam, prævíſam atque permiſſam, juſtiſſimoque judicio reprobatam, ſtatuamus. Adeoque de ſublimi hoc Prædeſtinationis myſterio eandem planè ſententiam teneamus, quam ex ſcripturis inprimis Auguſtinus, contra Pelagium olim aſſeruit; quamque ipſi Romanæ Eccleſiæ Doctores præcipui, præſertim Thomæ Aquinatis ſectatores, hodieque retinent.

DE SACRA COENA.

I.

SIcut Baptiſmus eſt Sacramentum ſpiritualis noſtræ in Chriſto regenerationis, ita S. Cœna eſt Sacramentum ſpiritualis in eodem nutritionis: quo Chriſtus ipſe per externa ſymbola panis & vini, verbo ejus ſanctificata, quæ in ſui Sacrificij memoriam corporaliter & viſibiliter edere & bibere juſſit, corpus ſuum pro nobis traditum, & ſanguinem Novi Teſtamenti pro nobis effuſum, in cibum ac potum Spiritualem vitæ æternæ, nobis ſe exhibere & communicare, teſtatur.

2. Conſtat igitur hoc Sacramentum rebus terrenis, Panè & Vino, & cœleſtibus, corpore & ſanguine Domini: quæ diverſo quidem modo utroque tamen verisſimè ...

videlicet Chriſtum crucifixum cum omnibus ſuis benefi cijs apprehendimus.

3. Hinc etiam res terrenæ Panis & vinum verè ſunt & dicuntur ipſum Corpus Chriſti, non quidem ſubſtantialiter aut corporaliter, ſed Sacramentaliter & Myſticè ſeu per & propter unionem ſacramentalem, quæ non conſiſtit in nudâ ſignificatione, neque tantùm in obſignatione, ſed etiam in conjunctâ illâ & ſimultaneâ rei terrenæ & cœleſtis, quamvis diverſimodâ, exhibitione & communicatione.

4. Eodem ſenſu dixerunt veteres & nos cum ipſis; *Panem & vinum in corpus & ſanguinem Domini mutari,* non quidem ipsâ ſubſtantiâ & naturâ, ſed uſu & officio, in quo ſacra hæc ſymbola, non tam id eſſe dicuntur, quod ſenſu percipitur, quàm id quod vi promiſſionis in ijs intuetur & acceptat Fides.

5. Hinc & tota actio S. Cœnæ ſacrificium à veteribus meritò dicitur, videlicet Euchariſticum, quia ſacra hæc ſymbola, quæ myſticè ſunt corpus & ſanguis Chriſti, Euchariſticâ prece Deo offeruntur, & nobis communicantur in gratam commemorationem & fidelem applicationem unici illius ſacrificij verè & propriè propitiatorij, ſemel in cruce peracti.

6. Etſi igitur non ſtatuimus tranſſubſtantiationem, qua Elementa panis & vini, quoad ſubſtantiam annihilentur, aut ſubſtantialiter in corpus Chriſti mutentur;

7. Nec ullam incluſionem, inexiſtentiam, coëxiſtentiam, aut localem & corporalem præſentiam, aut talem elementorum cum Chriſti corpore unionem, per quam illud oraliter tam ab indignis & impijs, quàm à pijs & fidelibus manducetur;

8. Nec

8. Nec verum & propriè dictum ipſius Corporis & Sanguinis Chriſti in Cœnâ ſacrificium propitiatorium;

9. Etſi quoque adorationem Chriſti (quam cæteroqui in actione ſacræ cœnæ vel maximè neceſſariam eſſe, ultrò fatemur) non ad ipſa elementa, aut corpus aliquod inviſibile ſub ijs latens, ſed ad Chriſtum ipſum à dextra Patris glorioſè regnantem dirigimus:

10. Nequaquam tamen ſtatuimus nuda, vacua, inania ſigna, ſed potiùs id, quod ſignificant & obſignant, ſimul verè exhibentia, adeoque certisſima media & efficacia inſtrumenta, per quæ corpus & ſanguis Chriſti, adeoque Chriſtus ipſe cum omnibus ſuis beneficijs, ſingulis veſcentibus exhibetur ſeu offertur, credentibus verò confertur, donatur, & ab ipſis in cibum & ſalutem animæ acceptatur.

11. Nequaquam etiam negamus veram corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam, ſed tantùm localem & corporalem præſentiæ modum, & unionem cum Elementis ſubſtantialem: ipſam verò nobiſcum præſentiam ſanctè credimus, & quidèm non imaginariam, ſed veriſſimam, realisſimam & efficacisſimam, nempe ipſam illam Chriſti nobiſcum unionem myſticam, quam ipſemet, ut per verbum promittit, & per ſymbola offert, ita per ſpiritum èfficit, quamque nos per fidem acceptamus, per caritatem ſentimus, ſecundùm vetus illud dictum: *Motum ſentimus, Modum neſcimus, Præſentiam credimus.*

12. Unde & patet, nòn ſolùm virtutem, efficaciam, operationem, aut beneficia Chriſti nobis præſentari & com-

mæ communionem & cum Chriſto ipſo unionem, conſequenter etiam meritorum & beneficiorum, ſacrificio ejus partorum, participes ſimus, & ſicut ipſe in nobis, ita nos in ipſo maneamus.

13. Et quidem non tantùm quoad animam, ſed etiam quoad corpus noſtrum. Etſi enim, ut ore corporis rem terrenam, ita fide cordis, ceu organo proprio, rem cœleſtem acceptamus, ſecundùm veterem illum verſiculum: *Ventrem, quod terimus, mentem, quod credimus, intrat:* tamen fide illâ mediante, non ſolùm animæ, ſed & ipſa corpora noſtra, Chriſti corpori, per ejuſdem ſpiritum ad ſpem reſurrectionis & vitæ æternæ, inſeruntur & uniuntur, ut ſimus caro de carne ejus, & os de oſſibus ejus, adeoque unum cum ipſo corpus myſticum, quod Apoſtolus meritò dixit myſterium magnum eſſe.

14. Denique de ritibus hujus Sacramenti hoc ſaltem jam addimus, quòd Chriſtus ipſe omnes ex calice bibere non minùs, quàm panem edere, juſſerit. Quodque ritus ab ipſo inſtitutos ex parte aut toto abolendi, vel ad alienos fines ac uſus transferendi, vel alios ritus, tanquam neceſſarios, ſub Anathemate addendi, nemini mortalium poteſtas competat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.